hoc uerbo: cũ a iudicibus petit: ne Demoſthenem permittãt euagari: ſed eum dicere de ipſo cauſæ ſtatu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta uel ex eo q̃ ibi ſit primus cauſæ congreſſus: uel quod in hoc cauſa conſiſtat. Et nominis quidem hæc origo. nunc quid ſit. Statum quidam dixerunt primam cauſarum cõflictionem: quos recte ſenſiſſe: parum elocutos puto. non. n. eſt ſtatus prima conflictio: feciſti: nõ feci: ſed qđ ex prima cõflictione naſcitur: id eſt genus quæſtionis. feciſti non feci: an fecerit. hoc feciſti. non hoc feci. quid fecerit: quia ex his apparet illud coniectura. hoc finitione quærendum: at q̃ in quo pars utraq; inſiſtit: erit quęſtio coniecturalis uel finitiui ſtatus. Quid. n. ſi dicat quis: ſonus eſt duorum iter ſe corporum conflictio: erret ut opinor. non. n. ſonus eſt conflictio: ſed ex conflictione: & hoc leuius. intelligitur enim ut cũq; dictum. Inde uero ingens male interpretantibus in natus eſt error: qui quia primam cõflictionem legerant: crediderunt ſtatum ſemper ex prima quæſtione ducendum: quod eſt uicioſiſſimum. nam quęſtio nulla non habet utiq; ſtatum. conſtat. n. ex intentione & depulſione: ſed aliæ ſunt propriæ cauſarũ de quibus ferenda ſententia eſt. aliæ adductæ extrinſecus: alí quid tamen ad ſummam cauſæ cõferentes: uelut auxilia quędam quo fit: ut in controuerſia una plures quæſtiones eſſe dicãtur. Porro harum plerunq; leuiſſima quæq; primo loco fũgitur. Namq; & illud frequens eſt: ut ea quibus minus confidimus cum tractata ſint: omittamus: interim ſpõte noſtra uelut donantes: interim ad ea quæ ſunt potentiora gradum ex his feciſſe cõtenti. Simplex autem cauſa etiam ſi uarie defenditur non poteſt habere plus uno de quo pronuncietur: atq; erit inde ſtatus cauſæ quod & orator præcipue ſibi optinendum: & iudex ſpectandum maxime intelligit: in hoc. n. cauſa conſiſtet. Ceterum quæſtionum poſſunt eſſe diuerſi. Qđ ut breuiſſimo pateat exemplo: cum dicit reus. etiam ſi feci. recte feci. qualitatis utitur ſtatu. cum dicit non feci: coniecturã mouet Semper autem firmius eſt non feciſſe. Ideoque ſtatum eſſe. in eo iudicabo: quod dicerem ſi mihi plus q̃ unum dicere non licere. Recte igitur eſt appellata cauſarum prima conflictio: non quæſtionum. Nam pro Rabirio poſthumo Cicero primam partem orationis in hoc intendit: ut actionem competere in equitem romanum. neget. ſecunda nullam ad eum pecuniam peruenisſe confirmat. Satum tamen dicã in eo fuiſſe: qđ eſt potẽtius. Nec in cã. Milonis circa primas quęſtiones: quæ ſunt ante prohœmium poſita iudicabo cõflixiſſe cauſam: ſed ubi totis uiribus iſidiator Clodius ideo

que iure interfectus oſtenditur. Et hoc eſt quod ante omnia cõſtituere in animo ſuo debeat orator. etiam ſi pro cauſa plura dicturus eſt: quid maxime liquere iudici uelit. Quod tamen ut primum cogitandum: ita non utique primum dicendum erit.

Vnde ducatur: & reus an actor ſtatum faciat.

a Lii ſtatum crediderũt primam eius cum quo ageretur de precationem. Quam ſniam his uerbis Cicero complectitur in quo primum conſiſtit quaſi ad repugnandum cõgreſſa defenſio. Vnde rurſus alia quæſtio: an eum ſemper is faciat qui reſpondet. Cui rei pręcipue repugnat Cornelius Celſus dicens: non a depulſione ſumi: ſed ab eo qui propoſitionem ſuam confirmet: ut ſi hominem occiſum reus negat: ſtatus ab accuſatore naſcatur: quia is uelit probare: ſi iure occiſum reus dicit trãſlata probationis neceſſitate. idem a reo fiet & ſit eius intentio. cui non accedo equidem. nam eſt uero prius: quod cõtra dicitur: nullam eſſe litem: ſi is cum quo agatur nihil reſpondeat. Ideoq; fieri ſtatum a reſpondente. mea tamen ſnia uarium id eſt: & accidit pro conditione cauſarum & quia uideri poteſt propoſitio aliquãdo ſtatum facere: ut in cõiecturalibus cauſis. utitur enim coniectura magis qui agit quo moti quidam eundem a reo inficialem eſſe dixerunt: & in ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt qui intẽdit. Sed quia uidetur illis quoq; neceſſitatem hos ſtatus exequendi facere qui negat. Is enim ſi dicat non feci: coget aduerſarium coniectura uti: & ſi dicat non habet legem: ſyllogiſmo. cõcedamus ex depulſione naſci ſtatum. nihilominus enim res eo reuertetur: ut mõ is q agit mõ is cũ quo agit: ſtatũ faciat. Sit. n. accuſatoris intentio hominem occidiſti: ſi neget reus faciet ſtatum qui negat. Quid ſi cõfitetur: ſed iure a ſe adulterum dicit occiſum. Nempe legem eſſe certum eſt: quæ permittat: niſi aliquid accuſator reſpondeat: nulla lis eſt: non fuit inquit adulter. Ergo depulſio incipit eẽ actoris: ille ſtatum faciet. Ita erit quidem ſtatus ex prima depulſione: ſed ea fiet ab accuſatore non a reo. Quid? quod eadem quæſtio poteſt eundem uel accuſatorem facere uel reum. Qui artem ludricam exercuerit in. xiiii. primis ordinibus ne ſedeat: q̃ ſe prætori in hortis oſtẽderat: neq; erat productus: ſedit in. xiiii. ordinibus. nempe intentio eſt: artem ludicram exercuiſti. depulſio: non exercui artẽm ludicram. quæſtio: quid ſit artem ludicram exercere. Si accuſabitur theatrali lege: depulſio erit. rei ſi excitatus fuerit de ſpectualis: & aget iniuriarum: depulſio erit accuſatoris. Frequentius tamen illud accidet: quod eſt a plu/ ante narrãtionẽ fuiſſe tractatas Fabius ipe in ſequẽti uolumine: ubi de narratiõe ꝓcipit apte reſpõdit his uerbis. Niſi forte M. Tullius i oriõe pulcherríma quam pro miſone ſcriptam reliquit male diſtulit ſe narrationem uidet: tribus ꝓpoſitis quęſtiõibus. Quã ſniam his uerbis Cicero complectitur. In topicis hęc a Cicerone traduntur. Videri & quia poteſt ꝓpoſitio. Videri uerbum in ſecundum locum mihi uidetur referẽdum. Et uero copula ut ceſſans erandum. ut legatur. Quia uideri poteſt. Sed quia uidetur illis quoq;. Pro illis mihi illic legendum eſſe uidetur. hoc eſt in coniectura & ſyllogiſmo.

Qui ſe pretori in horis oſtẽderat neq; erit ꝓductus. Erat legendum eſt nõ erit. Hęc autem quęſtio a iurecõſultis tractatur in titulo De iis qui notantur in famia. Ibi. n. Caius inquit. Qui autem operã ſuã locauit ut prodiret artis ludicræ cauſa neq; prodiit non notatur: quia non eſt ea res adeo turpis ut etiam conſiliũ puniri debeat. Vt modo is q agit: modo is cum quo agitur ſtatum faciat Vulpianus de exceptionibus & pręſcriptionibus. Agere. n. is uidetur qui exceptione utitur. nam reus in exceptione actor eſt. Sedit in. xiiii. ordinibus Iuuenalis libro ultimo. Acribus exemꝑli. uideor te claudere: miſce Ergo aliqd noſtris de moribus. effice ſummam Bis ſeptem ordinibus quam lex digatur othonis. Hoc quoq; ſi rugam trahit: extenditq; labellum Sume duos equites. fac tertia quadringenta. Martialis Ingenium ſtudiumq; tibi moreſq; genuſq; Sunt equitis fateor: cętera plębis habes Bis ſapientia tibi nõ ſunt ſub ſellia tanti. Vt ſedeas uiſo pallidus oceão. Si accuſabit̃ le gẽ theatrali. Lex theatralis ea dẽ roſcia dicit̃ a Roſcio othone tribuno plebis: qui eã tulit.

Cauebatur aut eâ lege ne/ quis in primis quatuordecim ordinib⁹ ſederet: qui cenſum equeſtrem non haberet. hoc eſt quadringenta ſeſtertia. Quod ſiquis eam ſummam poſſidens de ſpectaculis fuiſ ſet excitatus iniuriarum cum excitatore agere poterat. ουσιαν quam Plato eſſentiam uocat. Cum Plato nominib⁹ latinis nunquam ſit uſus: ui/ detur eradendus: ut loco eius Plautus repõatur. Nã Plau/ tus quãuis dure eſſentiam uo cat: quã græci ουσιαν dicũt: ut in libro primo etiam ẽ di/ ctũ. In qua de animo, cor/ pore ex propoſitis queratur. Corrupte ſic legitur. Emẽda te autem hoc modo & extra poſitis An is quem nondũ addicta eſt mater peperit ſer uus ſit natus. Non particula ne ſenſum confundat uide eradenda: ut legatur. An is quem dum addicta eſt mater Addicti autem dicuntur qui ad tempus ſe creditoribus uẽ dũt. Vnde eſt titulus apud iu riſcõſultos. De i die addictio ne: quem ut pleraque alia uul gus leguleorum corrupte le/ git: de in diem adiectione qđ quidem grande flagitium eſt. Tempus iterum quod καιρος appellãt καιρος latine occaſio dicit. Huic ille ſubii citur in peſtilentia comeſſa/ tor. Thema eſt declamatoriũ Accuſatur enim quidam quod in peſtilentia tan/

ribus traditum. Effugerunt has quæſtiones: qui dixerunt ſtatum eſſe id quod appareat ex intentione & depulſione: ut feciſti, non feci: aut recte feci. Viderimus tamen: utrum id ſit ſtatus: an in eo ſtatus: Hermagoras ſtatum uocat: per quem ſubiecta res intelligatur: & ad quem probationes etiam par/ tium referantur, noſtra opinio ſemper hæc fuit: ut cum eſ/ ſent frequenter in cauſa diuerſi quæſtionũ ſtatus: in eo crede/ rẽ ſtatũ cauſæ: qđ eſſet in ea potentiſſimũ: & in quo maxime res uerteretur. Id ſiquis generalem quæſtionem uel caput ge nerale dicere malit: cum hoc mihi non erit pugna: non magis q̃ ſi aliud adhuc quo idem intelligatur: eius rei nomen inue/ nerit: q̃q̃ tota uolumina in hác diſputationẽ impendiſſe mul tos ſciam: nobis ſtatum dici placet. Sed cum in aliis omnibus inter ſcriptores ſumma diſſenſio eſt: tum in hoc uidetur mihi præcipuum ſtudium quoq; diuerſa tradendi fuiſſe: adeo nec qui ſit numerus, nec quæ nomina, nec q̃ generales: qui ue ſpe ciales ſint ſtatus conuenit. Ac primum Ariſtoteles elementa decem conſtituit: circa quæ uerſari uideatur omnis quæſtio. ουσιαν quam Plato eſſentiam uocat. Nec ſane aliud eſt eius nomen latinum. Sed ea quæritur an ſit, qualitatem: cuius ap/ tus intellectus eſt, quantitatem quæ dupliciter a poſteriori/ bus diuiſa ẽ, q̃ magnum & q̃ multum ſit, ad aliquid, unde du ctæ tranſlatio & comperatio. Poſt hęc ubi & quando, deinde facere, pati: habere: quod eſt quaſi armatum eſſe, ueſtitum eſ ſe, nouiſſime συγχειϑαι quod eſt compoſitum eſſe quodã modo: ut calefacere, ſtare, iraſci. Sed ex his oĩbus prima quat tuor ad ſtatus pertinere, cætera ad quoſdam locos argumen/ torum uidentur. Alii nouem elementa poſuerunt perſonam in qua de animo, corpore, ex propoſitis quæratur: quod perti nere ad coniecturæ & qualitatis inſtrumenta uideo. tempus quod χρονον uocant: ex quo quæſtio, an is quem nundum adicta eſt mater: peperit, ſeruus ſit natus, locus unde contro/ uerſia uidetur, an fas fuerit tyrannum in templo occidere, an exulauerit qui domi latuit. Tempus iterum quod καιρον ap pellant, hanc autem uideri uolunt ſpeciem illius temporis: ut æſtatem uel hyemem. Huic ſubiicitur ille in peſtilẽtia comeſ ſator actum, i. πραξιν quod eo referunt: ſciens commiſſerit, an inſciẽs neceſſitate an caſu, & talia. Numerum qui cadit in ſpeciem quantitatis, an Thraſybulo triginta premia debean/ tur: qui tot tyrannos ſuſtulerit. Cauſam cui plurimæ ſubiacẽt lites: quotiens factũ nõ negatur: ſed q̃a iuſta rõne fit: factũ dẽ fendit. τροπον cũ id qđ alio mõ fieri licet: alio dicit factũ híc ẽ adulter loris ceſus: uel fame necatus. Occaſionẽ factorũ: qđ

eſt apertius q̃ ut uel interpretandum: uel exemplo ſit demonſtrandum: tamen αφορμασ εργον uocant. Hi quoq; nullã quæſtionem extra hęc putant. Q uidam detrahunt duas partes: numerum: & occaſione: & pro illo quæ dixi: actu ſubiiciunt res. i. πραγματα quæ ne præteriſſe uideret: ſatis habui attingere. cæterum his nec ſtatus ſatis oſtendi: nec omnes contineri locos credo: quod apperebit diligentius legẽtibus quæ de utraq; re dicam Erunt enim plura multo q̃ quæ his elemẽtis comprehenduntur. Apud plures auctores legi: placuiſſe quibuſdam: unum omnino ſtatum eſſe coniecturalem Sed quibus placuerit: neq; illi tradiderunt: nec ego uſq̃ reperire potui. Rationem tamen hanc ſecuti dicuntur: q̃ res omnes ſignis colliguntur quomodolibet. qualitatis quoq; ſolum ſtatum faciant: quia ubiq; qualis ſit cuiuſq; rei natura quæri poteſt. ſed utrocumq; modo ſequatur ſumma confuſio Neq; intereſt unũ q ſtatũ faciat: an nullũ: ſi omnes cãæ ſint cõditionis eiuſdem. Cõiectura dicta eſt a cõiectu. i. directiõe quadã rõnis ad ueritatem: unde etiã ſonniorũ atq; oium interpretes cõiectores uocamus. appellatũ tamen eſt hoc genus uarie ſicut in ſequentibus apperebit.

Q uot & qui ſtatus.

f Verunt qui duos ſtatus facerent. Archidemus coniecturalem & finitiuum excluſa qualitate. quia ſic de ea quæri exiſtimabat: quid eſſet iniquum. quid iniuſtum. quid dicto audiẽtem non eſſe: quod uocat de eodem & alio. Huic diuerſa ſententia eorum fuit: qui duos quidem ſtatus eſſe uoluerũt: unũ inficialẽ. alterũ iuridicialẽ. In ficialis quẽ nos dicimus cõiecturalẽ: cui ab inficiãdo nomẽ alii in totũ dederunt. alii in ptẽ: qa accuſatorẽ cõiectura reũ inficiaciõe uti putauerũt: Iuridicialis ẽ q δικαιολογικοσ greçe dicit̃: ſed quẽadmodũ ab Archidemo qualitas excluſa eſt: ſic ab his repudiata finitio. Nã ſubiciũt eã iuridiciali: q̃rẽdũ arbitrant̃: iuſtũ ne ſit ſacrilegiũ appellari: qd̃ obiiciat̃. uel furtum. uel amentiã. Q ua in opiniõe Páphilus fuit. Sed qualitatẽ in plura ptius ẽ Plurimi deinceps mutatis tãtũ noibus i rẽ de qua nõ cõſtet & i rẽ de qua cõſtet. Nã eſt uerũ: nec aliter fieri põt: q̃ ut aut certũ ſit: factũ eſſe qd: aut nõ ſit. ſi nõ eſt certũ cõiectura ſit ſi certũ eſt: reliqui ſtatus. Nã idẽ dicit Apollodorus: cũ qõnẽ aut in rebus extra poſitis: qbus cõiectura explicat̃ aut i nẽis opinionibus exiſtimet poſitã: quorũ illd̃ πραγματικον hoc περι εννοιασ uocat. idẽq; ατοπον & προληπτικον dicũt: & dubiũ & plũptũ ſignificatur. de quo liquet. Itẽ Theodorus q de eo an ſit: & de accidẽtibus ei qd̃ eſt cõſtet. i. περι ουσιασ και

qui malo publico gaudeat in dulgeat compotationibus at q; ebritati. Comeſſator autẽ a comeſſari quod greçe κωμαζειν dicitur: deduci uidet̃. Como. n. deus laſciuiæ atq; ebritatis. Hinc eſt adulter loris cæſus uel fame necatus. Hęc quoq; declamatoria eſt materia. adulterum. n. in adulterio deprehenſum interficere licebat. Quidam adulterum loris uerberauit uel fame eum perire coegit. accuſatur q; cõtra legẽ fecerit. Lex. n. pmittit adulterum enſe interfici: αφορμασ εργων uocant. hoc eſt cauſam operę αφορμη nãq; cauſa. εργον opus dicitur. Quę ne preteriſſe uideret ſatis humani attingere. Videret aperte legendum eſſe cõſtat. Vnde etiã ſonniorum atq; omnium interpretes coniectores uocamus. Loco omnium aperte ominum eſt legendum ab omĩe hoc eſt augurio. Quorum illud πραγματικον. hoc περι εννοιασ uocat πραγματικον dicitur negotiale. περι ενυοιασ. Ad uerbũ interpretatur circa opiniones: & ſnias. Idemq; ατοπον & προληπτικον dubiũ προληπτικον ꝓprie trãſfertur pręſumptum. Vnde & προληψισ pręſumptio interpretari poteſt. Itẽ Theodorus q de eo an ſit & de accidẽtibus ei quod eſt cõſtet. i. περι ουσιασ και συμβεβηκοτων eſſe legatur non eſt περι ουσιασ και συμβεβηκοτων. hoc ẽ de ſubſtãtia & accidẽtibus. In uoce quęri putat an ſignificet q

quia multa. Nisi corrigatur hic locus: sensus non percipiet. Quid ergo loco qui & qi loco quia legatur. ut sit An significet quid & q̄ multa.

Rebus coniecturam quod κατ᾽ ἔνθυμησιν uocat. Ad uerbum transfertur secūdum sensum. Coniectura nāq; sub aliquem sensuum cadit. Cui dat nomē κατεννοιαν hoc est secundum opinionem. Qui & uirginio placent. Virginius hic auctor fuisse putat rhetoricorum ad Herenium: qui falso Ciceroni ascribunt. Ibi .n. hęc eadē ē statuū diuisio q̄ si Ciceronis eēt ei certe. a Fabio ascriberet. Mihi aūt ne Virginii qdem esse opus illud uidet: tametsi his Fabii uerbis motus id olim asserue rim. Quę enim Virginii sententia alibi a Fabio allegat: t rhetoricis ad Herenium nō

σύμβιβάκοτων existimat quęri. Nam in his omnibus prius genus coniecturam habet: sequens reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo uult esse qualitatem: & de nomine. i. finitiuam. Theodorus quid quale. q̄tū. ad aliqd. Sunt qui & de eodē & de alio mō qualitatē esse. mō finitionē uelint. In duo & Posidonius diuidit: uocē & res. In uoce q̄ri putat an significet quic q̄. multa. quo mō. rebus cōiecturā: qd κατ᾽ ἔνθυμησιν uocat qualitatem & finitionem: cui nomen dat κατεννοιαν & ad aliquid: unde alia diuisio est. alia esse scripta: & alia inscripta. Celsus Cornelius duos & ipse fecit status generales. an sit quale sit. priori subiecit finitiōem: qa æq; quęrat. an sit sacrilegus: q nihil se sustulisse de tēplo dicit & q priuatā pecuniā cōfitetur se sustulisse. qualitatem in rē & scriptū diuidit: Scripto quatuor ptes legales exclusa trāslatiōe. q̄titatē & mētis cōnes cōiecturæ subiecit. Est etiā alia in duos diuidendi status rō: q̄ docet: aut de substācia cōtrouersiā esse: aut de qualitate. Ipsā porro qualitatem: aut in summo genere cōsistere: aut in succedentibus. de substantia est cōiectura. quæstio. n. tractat rei. an facta sit. an fiat. an futura sit. Interdū etiā mentis: idq; melius q̄ quod iis placuit: qui statum eundem facti nominauerūt tanq̄ de preterito tantum: & tātum de facto quæreretur. pars qualitatis quæ est de summo genere raro in iudicium uenit: quale est id ne sit honestum: quod uulgo laudatur Succedentium autem alie de comuni appellatione: ut sit ne sacrilegus: qui pecuniam priuatam exemplo furatus est: aut de re denominata: ubi & factum esse certum est: nec dubitatur quid sit quod factum est: cui subiacent omnes de honestis. iustis. utilibus quæstiones his etiam cæteri status contineri dicuntur: quia & quantitatis modo ad coniecturam referatur: ut maior ne sol q̄ terra. modo ad qualitatem. quanta pœna quempiam quanto ue premio sit affici iustum. & translatio uersetur circa qualitatem & diffinitio pars sit translationis. Quin etiā contrariæ leges & ratiocinatiuus status. i. syllogismus: & plerumq; scripti & uoluntatis æquo nitantur: nisi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit. quid senserit legis constitutor. Ambiguitatem uero semper coniectura explicari necesse sit. quia cum sit manifestum uerborum duplicem esse intellectum: de sola quæritur uoluntate. A plurimis tres sunt facti generales status: qui & Cicero in oratore utitur. Et omnia q̄ aut incōtrouersiā: aut incōtentionē ueniant contineri putat sit. ne. qd sit. quale sit: quorū noīa aptiora sūt q̄ ut dicēda sint. Idē Patrocles sentit. Tres fecit & M. Antonius his quidē uerbis: paucæ res sunt: quibus ex rebus oēs orationes nascuntur.

factum:nõ factum:ius:iniuria:bonum malum. Sed quoniã quod iure dicimur feciſſe:non hunc ſolum intellectum habet: ut lege: ſed illum quoque ut iuſte feciſſe uideamur. ſecuti Antonium apertius uoluerunt eoſdem ſtatus diſtinguere. Itaq; dixerunt coniecturalem legalem:iuridicialem. Qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt ſpecies:ita ut legali ſubiicerent finitionem:& alios qui ex ſcripto dicuntur:legum contrariarũ. quæ antinomia dicitur:& ſcripti & ſententiæ uel uoluntatis. i.

& metalepſim quam nos uarie tranſlatiuam: tranſſumptiuam:tranſpoſitiuam uocamus

quem accipimus rationatiuum uel cõllectiuũ ambiguitatis: quæ nominatur. Quos poſui:quia & ipſi a pleriſque ſtatus appellantur:quibuſdam legales potius queſtiones eas dici placuerit. Quatuor fecit Athneus:protrepticem. ſtalin uel paranæticem. i. exortatiuum:quia ſuaſoriæ eſt proprius

qua coniecturam ſignificari magis ex iis quæ ſequuntur: q̃ ex ipſo nomine appareat

ea finitio eſt:mutationę enim nominis conſtat iuridicialem eadem appellatiõę græca:qua cæteri uſus. Nam eſt ut dixi multa in nominibus differentia. Sunt qui

tranſlationem eſſe exiſtiment ſecuti hanc mutationis ſignificationem. fecerunt alii totidem ſtatus ſed alios an ſit:quid ſit:quale ſit quantum ſit:ut Cæcilius & Theon. Ariſto teles in rhetoricis etiam ſic omne opus diuidit:in ueritatem: & petenda:ac fugienda quod eſt ſuaſoriæ:& de eodem atque alio partiendo tamen ad hęc peruenit an ſit:quid:quale:quantũ & quam multũ ſit quęrendũ putat. Quodam tamen loco finitionis quoq; uim intelligit:quando dicit:quędam ſic defendi. ſuſtuli: ſed non furtum feci. percuſſi. ſed non iniuriam feci. Poſuerat & Cicero in libris rhetoricis:facti nominis:generis actionis:ut in facto cõiectura:in noię finitio in genere q̃litas:in actione ius intelligeret. Iuri ſubieicerat tranſlationẽ. Verũ hic legas quoq; qõnes alio loco tractat:ut ſpecies actionis. Fuerunt qui facerent quinq;: cõiecturam: finitionem:qualitatem:quantitatem:ad aliquid. Theodoruſ quoq; ut dixi iiſdẽ generalibus capitibuſ utitur:an ſit:quid ſit:quale ſit: quantum ſit:ad aliquid. Hoc ultimum maxime in comparatiuo genere uerſari putat. quoniam melius ac peius:maius:& minus niſi alio relata non intelliguntur. Sed in illas quoq; tranſlatiuas ut ſupra ſignaui queſtiones incidunt:an huic uis agẽdi ſit:uel facere aliquid cõueniat:an cõtra hũc:an hoc tẽpore:an ſic. Omnia. n. ita referri ad aliquid neceſſe eſt. Alii ex ſtatus putant:cõiecturã quam geneſin uocãt:& qualitatem & propriętatẽ:id eſt ἰδιότητα:quo

inuenitur κατάφητον καὶ διάνοιαν: hoc eſt ſecundũ dictum & uolũtatẽ. Quatuor fecit athe neus προτρεπτίκην ςαϑίν uel paræneticen: hoc eſt exhortatoriũ ſtatũ ἀπο του τρεπειν: hoc ẽ ab exhortãdo ϖαρορμητικὴ dicit cõcitatiua

hoc eſt ab impellendo uł cõcitando. Qui ſuaſoriç eſt proprius

quæ cõiecturã ſignificari dicitur quod conferre & prodeſſe ſignificat. Conferunt nanq; cauſæ ſed ñ cauſę: ſed non neceſſario probant coniecturæ:

ea finitio alternatiua

hoc eſt alternando atq; mutãdo Definitio nanq; mutationis nominis conſtat: ut homo eſt animal ratiõale. Idẽ nãq; eſt aía róna le quod homo. Iuridicialem eadẽ appellatiõe græca qua cæteri uſus

nanq; iuridicialis ab omnibus dicit

Verũ hic legales quoque queſtiones alio loco tractat: at ſpecies actiõis ut loco at particulę legẽdũ eſſe conſtat. Hoc aũt in particionibus oratoriis legitur. Et comparationem: & tranſlationẽ cuius ab hoc nouum nomẽ inuẽtũ ẽ.

nouum tanquam in ſtatu alio q ab

Hermagora inter ſpecieſ iuridiciales ponitur: uſitatũ. Hic locus ita erroribus ſcatet: ut niſi emẽdetur intelligi nõ ſcit. Hoc aũt modo uideſ poſſe emẽdari ſi nõ ab hoc: ſed adhuc & loco tanq̃ legatur inq̃ & ſi hoc & ſicubanſ: ut legamus. Et tráſlationẽ cuius adhuc nomen nouũ inuentu eſt.

nouũ inq̃ in hoc ſtatu. In alio qui ab Hermagora inter ſpecieſ iuridiciales poniſ uſitatũ. Methaſtaſiis nanq̃ ponatur pro tráſlatione nouũ eſt nomẽ: ut Faſẽtit. Nã tranſlat o a græcis fere diciſ.

Sin pro remotione criſquę ẽ ſpẽs iuridicialis aſſumptiuæ nomẽ eſt uſitatũ. Vt ſit ne liber: q eſt in aſſertiore. Hoc eſt: An is de cuius libertate contendiſ iuditio ſit liber q̃diu durat iudiciũ. Aſſertion. diciſ iudiciũ de alicuius libertate conſtitutũ. Cauſa uero liberalis uocaſ. Sũt.n. uelut res geſtę in hos cõmẽtarios quos adoleſcẽs dduxerat ſchola: uideo qdẽ hũc locum eẽ corruptũ. Sed quonã pacto emẽdari poſſit mihi non liq̃t: niſi forte regeſtæ & ſcholæ: ut eſt in uetuſto legaſ a regerẽdo hoc ẽ a reponẽdo: Quomodo: ut legamus ipſius Fabii adducor auctoritate: q in priore libro ſic ait. Vnde fit ut diſſoluta & ex diuerſis congeſta oratio cohęrere non poſſit: ſimiliſq̃ ſit cõmentariis puerorũ in quos ea q̃ alius declamantibus laudata ſunt: regerũt. Recte igitur res ſunt quas uel legendo uel audiendo colligimus: atque in commentarios digerimus.

uerbo finitio oſtenditur. & quãtitatem quã ἀξίαν dicũt. & cõperationem & tranſlationem: cuius ab hoc nouum nomen inuentũ eſt μετάϛασιϛ nouum tanquam in ſtatu alio: qui ab Hermagora inter ſpecies iuridiciales ponitur uſitatum. Aliis ſeptem eſſe placuit: a quibus nec tranſlatio: nec quantitas: nec comperatio recepta eſt. Sed in horum trium locum ſubditæ quatuor legales adiectæque illis tribus rationalibus. alii peruenerunt uſque ad octo tranſlatione ad ſeptem ſuperiores adiecta. A quibuſdam deinde diuiſa ratio eſt: ut ſtatus rationales appellarent quęſtiões: quemadmodum ſupra dixi legales. In illis de re. in his de ſcripto quęreretur. Quidam in diuerſum hos ſtatus eſſe. illas quæſtiones maluerunt. Sed alii rationales tres putauerunt. an ſit. quid ſit. quale ſit. Hermagoras ſolum quatuor. coniecturam. proprietatem. tráſlationem. qualitatem: quam per accidentia id eſt κατὰ ϑυμβεβηκοϛ uocãt. hac interpretatione. an illi accidat uiro bono eſſe uel malo. Hanc ita diuidit de appetendis & fugiendis: quæ eſt pars deliberatiua: de perſona. ea oſtenditur laudatiua. negocialem: quam pragmaticen uocat in qua de rebus ipſis quęritur remoto perſonarum complexu ut ſit ne liber: qui eſt in aſſertione: an diuitiæ ſuperbiam patiantur. an iuſtum quid an bonum ſit. iuridicialem: in qua fere eadem ſed certis deſtinatiſque perſonis quęratur: an ille iuſtę hoc fecerit uel bene. Nec me fallit in primo Ciceróis rhetorico aliam eſſe loci negocialis interpretationem: cum ita ſcriptum ſit negocialis ẽ in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit: conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos iuriſconſulti exiſtimantur. ſed quid ipſius de iis libris iudicium fuerit: ſupra dixi. Sũt enim uelut res geſtæ in hos commentarios: quos adoleſcens deduxerat ſchola: & ſiqua eſt in his culpa tradentis eſt: ſiue eum mouit: quod Hermagoras prima in hoc loco poſuit exempla ex quæſtionibus iuris: ſiue quod græci πραγματικοὺϛ uocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de oratore ſubtituit. Ideoque culpari tanquam falſa præcipiat: non poteſt: nos ad Hermagoram tráſlationem hic primus omnium tradidit: q̃q̃ ſemina eius quędã citra nomen ipſum apud Ariſtotelẽ reperiũtur. legales autem cõncs has fecit ſcripti & uoluntatis: quam ipſe uocat κατὰ ῥήτου καὶ ὑπεξαίρεσιν. i. dictum & exceptionẽ: quorum prius ei cũ oibus cõmune eſt: exceptionis nomẽ minus uſitatum: rõcinatiuum: ambiguitatis lęgum contrariarum. Albutius eadem diuiſione uſus detrahit tráſlatiõem ſubiiciens eã iuridiciali. In legalibus quoq; cõmunis nullũ putat eſſe qui dicatur rõcinatiuus. Scio plura inuẽturos adhuc qui legerę átiquos ſtudioſius uolẽt. Sed nę hęc quoq; exceſſerint mo

dum uereor. Ipse me paulum in alia q̃ prius habuerim opinione nunc esse cõfiteor. Et fortasse tutissimum erat mõ famæ studentẽ nihil ex eo mutare: quod multis annis non sensissem mõ: ueruũ etiã approbassem. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti in eo præsertim operæ: quod ad bonorũ iuuenũ aliquã utilitatem cõponimus: in nulla parte iudicii mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ uidetur honestissime fecisse: quod quosdam errores suos ne posteri errarent: cofessus est. Et. M. Tullius non dubitauit aliquos suos libros iã editos. aliis postea scriptis ipse dãnare. Sicut Catullum atq; Luciliũ: & hos ipsos de quibus mõ sum locutus: artis rhetorices. Etenim superuacuus foret in studiis longior labor: si nihil liceret melius inuenire præteritis. Neq; tamẽ ex his quicq̃ q̃ tũ præcepi superuacuũ fuit. Ad eandem. n. particulas hæc quoque quæ nunc præcipiam reuertẽtur. Ita neminem didicisse pœnitẽat. Colligere tantũ eadem ac disponere paulo significãtius conor: oĩbus aũt satisfactũ uolo: non me hæc serius demonstrare aliis: q̃ mihi ipsi persuaserim. Secundũ plurimos auctores seruabant tris rõnale status coniecturam. finitionem. qualitatẽ. unũ legalẽ. Hi mihi status generales erant. Legalem in quinq; spẽs partiebar. scripti & uoluntatis. legũ contrariarum. collectiuũ. ambiguitatis. translationis. nũc quartum ex generalibus intelligo posse remoueri. Sufficit. n. prima diuisio qua diximus alios legales: alios rõnales esse. ita non erit status: sed quæstionum genus: alioquin & rõnalis status esset. Ex his etiam quos speciales uocabam: remoui translationẽ: frequẽter quidem sicut oẽs qui me secuti sunt: meminisse possunt testatus. Et in ipsis etiam illis sermonibus me nolẽt uulgatis: tamẽ hoc cõplexus uix in ulla controuersia trãslationis statũ posse reperiri: ut non & alius in eadẽ recte dici uideretur. Ideoq; a quibusdã eum excluſum: neq; ignoro multa transferri: cũ in oibus fere causis in quibus cecidisse quis formula dicitur: hæ sint quæstiones. an huic. an cum hoc. an hac lege. an apud hũc. an hoc tempore liceat agere. Et si qua sunt talia: sed personæ tempora. actiones. cæteraq; propter aliqua causam transferuntur. Ita non est in trãslatione quæstio sed in eo propter quod transferuntur. Non debes apud prætorem petere fidei commissum: sed apud cõsules: maior. n. prætoria cognitione summa est. Quæritur an maior summa sit. facti cõtrouersia est. non licet tibi agere mecum. cognitor. n. fieri nõ potuisti. Iudicatio est: an potuerit. nõ debuisti interdicere: sed petere. an rẽ interdictum sit ambigitur: quæ omnia succedũt legitimis quæstionibus: An nõ præscriptiones etiam in quibus maxime uidetur manifesta translatio eandem omnes species habent: quas hæ leges quibus agitur: ut aut de nomine aut scripto & sententia uel ratiocinatione quæratur: deinde status ex quæstione oriatur. Translatio quos quidem nõ multũ habere auctoritatis satis cõstat. Talia sunt q̃ nunc uulgus barbare registra appellat. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ uidet honestissime fecisse: qd quosdã errores suos: ne posteri errarent cõfessus est. Corne. Celsus sic de Hippocrate in. viii. ingt. A futuris se deceptũ eẽ hippocrates memoriæ prodidit moꝛ. s. magnorum uiroꝝ & fiduciã magnarum rerum habentium. Nam leuia ingenia quia nihil habẽt: nihil sibi detrahũt. Magno ingenio multaq; nihilominus habituro cõuẽit ẽt simplex ueri erroris confessio.

Sicut Catullum atq; Lucillum. Dialogi sunt Ciceronis qui nõ extãt. Neq; ignoro multa trãsferri cum in omnibus fere causis in qbus cecidisse qs formula dicitur hæ sint quæstiones. Ex secundo Ciceronis rhetorico facile apparet qd sibi uelit hic locus. Atq; in nostra ingait consuetudine multis de causis fit: ut rarius incidant translationes. Nã ex prætoriis exceptionibus multę excludũtur actiones & ita insimule habemus cõstitutũ ut a cã cadat is q nõ quẽ admodũ oportet egerit.

Cognitor .n. fieri nō potuisti. Qui aliū defendit in iudicio inqt Asconius Pædianus: aut patronus dicit: si orator est: aut aduocatus: si aut ius suggerit: aut p̄sentiā suā cōmodat amico: aut procurator si negociū suscipit: aut cognitor si p̄sentis cam nouit: & sic tuet ut suā. Trāslatio nō habet q̄stionē de qua cōtēdit orator: sed pp quā cōtēdit. Et si ab oibus pp legit: mihi tñ mīº sensui cōuenire uidetur. Si .n. trāslatio haberet q̄stionē propter quā cōtēdit orator: nimirū ipsa p se eēt status: qđ qdē aperte negat Quintilianus. Quare p loco pp uel oibus q̄ qdē ego uiderim refragātibus exēplaribº mihi legēdū uidet. Hēt .n. quæstionē trāslatio p quā cōtendit orator de principali q̄stiōe: qđ qdē apte q̄ sequūtur exēpla indicant. Similiter nō recte ago. Intētio accusatoris p̄termissa mihi uidetur ascribēda hoc mō. Nō recte agis: quā excipiat depulsio recte ago. Ergo translatiuū cāæ genus & ut cōparatiuū & mutuæ accusationis. Hic sensus ut mihi qdē uidet ē corruptus, atq; iis q̄ coliguntur a Fabio cōtrarius. Si enim trāslatiuū causæ genus est ut cōparatiuū. & mutuæ accusatiōis: quæ relatio criminis dicit nōne ut illa per se erit statº. Quare sic emēdandum puto. ut nō particula negatiua ascribatur: aciē loco & copulæ legat: hoc modo Ergo translatiuū causæ genus non est: ut comparatiuum & mutuę causationis.

non habet quęstionem: de qua contendit orator: sed pp quā contē dit: hoc apertius. Occidisti hominē. nō occidi. quęstio an occiderit. status coniectura. nō est tale. Habeo ius actiōis: nō habes: ut sit quęstio an habeat & inde status. accipiat .n. actionē nec ne ad euentum pertinet: non ad cām & ad id quod pronūciat iudex: nō id pp quod pronunciat: hoc illi simile est: puniendus es. nō sum. uidebit iudex an puniendus sit. Sed nō hic erit quęstio: nec hic status. Vbi ergo? puniendus es. hoiem occidisti: non occidi: an occiderit. honorandus sum. non es. nū statum habet? non ut puto: honorandus sum: quia tyrannū occidi: non occidisti: quęstio & status. Similiter non recte ago: non habet statū. Vbi est ergo? non recte agis ignominiosus: quęritur an ignominiosus sit: aut an agere ignominioso liceat: & quęstiones & status. ergo translatiuū genus causæ est: ut comparatiuum & mutuæ accusationis. At .n. simile est illis ius habeo: ius non habes: occidisti: recte occidi. non nego: sed nec hic res statum facit. Non enim sunt propōnes: alioqui causa non explicabitur: sed cū suis rōnibus: scelus cōmisit Horatius. sororem .n. occidit. non cōmisit: debuit .n. occidere eam quæ hostis morte mœrebat: quęstio an hęc iusta causa: ita qualitas: at similiter in translatione. non habes ius abdicandi: quia ignominioso nō est actio. habeo ius: quia abdicatio actio non est: quęritur quid sit actio. finiemus: non licet abdicare syllogismus. Item cętera per oēs & rōnales & legales status. Nec ignoro fuisse quosdam qui trāslationem in rōnali quoq; genere ponerēt: hoc modo. hoiem occidi iussus ab imperatore. dona templi cogenti tyranno dedi. deserui tempestatibus. fluminibus. ualetudine impeditus. i. non per me stętit: sed per illa a quibus etiam liberius dissentio. Non .n. actio transfertur: sed causa facti: quod accidit pene in omni defensiōe. Deindę is qui tali utitur patrocinio: non recedit a forma qualitatis. Dicit enim se culpa uacare: ut magis qualitatis duplex rō facienda sit: altera qua & factum defenditur: altera qua tantum reus. Credēdum est igitur iis quorum auctoritatē secutus est Cicero: Tria esse quæ in omni disputatione quęrantur an sit. quid sit. quale sit: quod etiam ipsa nobis natura præscribit. Nam primum oportet subesse aliqd de quo ambigitur: quod quid sit: & quale sit: certe non potest æstimari: nisi prius esse constiterit. Ideoq; ea prima quęstio: sed nō statim qđ esse manifestum: etiam quid sit apparet. hoc quoq; constituto nouissima qualitas supersit. nec his exploratis aliud est ultra. His infinitæ quęstiones: his finitæ continentur. Horum aliqua in demōstratiua. deliberatiua: iudiciali materia utiq; tractantur. Hæc rursus iuridicialis causas & rationali parte & legali cōtinet. nec enim ulla iuris disceptatio: nisi finitione: qualitate: coniectura potest explicari. Sed instituęntibus rudes: non erit inutilis latius primo fusa

ratio:& ſi non ſtatim rectiſſima linea tenſa:facilior tamen & aper/ tior uia. Diſcāt igitur ante omnia quadripartitam in omnibus cau ſis eſſe rationem:quam primam intueri debeat qui acturus ē. Nā ut a defenſore potiſſimum incipiam:longe fortiſſima tuendi ſe ra tio eſt:ſi quod obiicitur:negari poteſt. proxima ſi nō id quod obii/ citur factum eſſe dicitur. tertia honeſtiſſima:qua recte factum de fenditur:quib9 ſi deficiamur:ultima quidem ſed iam ſola ſupereſt ſalus aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine:quod nec nega/ ri:nec defendi poteſt:ut non uideatur iure actio intendi. Hinc ille queſtiones:ſiuę actionis ſiuę tranſlationis. Sunt enim quędam lau dabilia natura:ſed iure conceſſa:ut in xii. tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit:quam legem mos publicus repudia/ uit:& aliquid æquum:ſed prohibitum iure:ut libertas teſtamen/ torum. Accuſatori nihilo plura intuenda ſunt: q̄ ut probet: factū eſſe. hoc eſſe factum. non recte factum. iure ſe intendere. Ita circa ſpecies eaſdem lis omnis uerſabitur tranſlatis tātum aliquādo par/ tibus:ut in cauſis quibus de premio agitur. recte factum petitor ꝓ bat. Hęc quatuor uelut propoſita formæq; actionis:quæ tum ge/ nerales ſtatus uocabam:in duo ut oſtendi genera deſcendunt ra/ tionale:& legale. Rationale ſimplicius eſt:quia ipſius tantum na turæ contemplatione conſtat. Itaque in eo ſatis eſt oſtendiſſe con iecturam. finitionem. qualitatem. legalium plures ſint ſpecies ne/ ceſſe eſt:propterea q; multæ ſunt leges: & uarias habent formas: alia eſt cuius uerbis utimur. alia cuius uoluntate. alias nobis cum ipſi nullam habemus. adiūgimus. alias inter ſe comparamus. alias in diuerſum interpretamur. Sic naſcuntur hęc ueluti ſimulacra ex illis trībus:interim ſimplicia:interim & mixta:ꝓpriam tamen fa ciem oſtendentia:ut ſcripti & uoluntatis:quæ ſine dubio aut qua/ litate aut cōiectura continentur:& ſyllogiſmos qui ē maxime qua litatis:& legis contrariæ:quæ iiſdem quibus ſcriptum & uoluntas cōſtat ἀμφιβολίαι quæ ſemper coniectura explicatur. finitio quo que utrique generi:quodque rerum:quodque ſcripti contempla tione conſtat:communis eſt. Hæc omnia etiam ſi in illos tres ſta/ tus ueniunt:tamen quia ut dixi habent aliquid uelut proprium ui dentur demonſtranda diſcentibus:& permittendum ea dicere uel ſtatus legales:uel queſtiones:uel capita quędam minora:dum ſci ant nihil ne in his quidem præter tria quæ prædiximus quæri. At quantum:& quammultum. & ad aliquid:& ut non nulli putaue/ runt comparatiuos:nō eandem rationem habere. Sunt enim hęc non ad uarietatem iuris:ſed ad ſolam rationem referenda. Ideoq; ſemper in parte aut coniecturæ aut qualitatis ponēda ſunt:ut qua mente & quo tempore & quo loco. Sed de ſingulis dicemus quæ ſtionibus:cum tractare pręcepta diuiſioniſ cœperimus. Hoc inter

At. n. ſimile eſt illi/ius habeo Hipophora quæ fieri poſſet ab iis qui ſen tiunt tranſlationem per ſe eſſe ſtatum:ex qua ma nifeſte colligitur id quod dixi:non negationem ſu periori ſenſui uel refragā tibus exemp'aribus aſcri bendā. Hæc rurſus iu/ ridicialis cauſas & ratio nali parte & legali cōti/ net iudicialis legendum eſſe fac le patet. Sunt enim quædam laudabi/ lia natura: ſed iure con/ ceſſa. Negationem huic ſenſui quoq; deeſſe facile ex aduerſatiua ſed parti/ cula colligitur. Aut ergo illaudabilia aut certe nō laudabilia mihi legendū uidetur quamuis exēpla ria repugnēt. Id uero qđ ait Fabius aſſerunt & iu riſconſulti: ac præſertim Iulianus ad legem Aqui liam. Multa. n. inquit iu re ciuili contra rationem diſputandi pro utilitate cōmuni recepta eſſe in u/ merabilibus rebus pro/ bari poteſt.

Vt libertas testamentorum. Testamẽti factio inquit Vlpianus de testamẽtis nõ priuati: sed publici iuris est: & ideo pactis priuatorum forma eius non leditur. In duo ut ostendi genera descendunt. Ego discedũt legẽdum puto hoc ẽ diuidũtur. Instituto hærede abdicato discessit. Legẽdum est decessit: hoc est mortuus est. Tres omnes de bonis contẽdũt. Aut tres: aut oẽs ocioſi uidẽt eoq; alteri expũgẽdi. Vt Cato q̃dã oratione testatus. Testatur potius mihi legendũ uidet.

omnes cõuenit: in causis simplicib9 singulos status esse causarum quęstionum autem quæ uelut subiacentes ad illud quo iudicium continetur referuntur: sæpe in unam cadere plures posse. Etiam credo aliquando dubitari quo statu sit utendũ: cum aduersus unã intentionem plura opponuntur. Et sicut in colore dicitur narratio nis eum esse optimum: quem actor optime tueatur. Ita hic quoq; posse dici: eum statum esse faciendum: in quo tuendo plurimum adhibęre uirium possit orator. Ideoque pro Milone aliud Cicero ni agenti placuit: aliud Bruto: cum exercicationis gratia componeret orationem: cum ille iure tanquam insidiatorem occisum & tamen non Milonis consilio dixerit: hic etiam gloriatus sit occiso malo ciue. In coniunctis uero posse duos uel tres inuęniri: uel diuersos: ut siquis aliud se nõ feciſſe: aliud recte fęciſſe defendat: uel generis eiusdem: ut siquis duo crimina: uel omnia neget. Quod accidit etiam si de una re quęratur aliqua: sed eam plures petant: uel eodem iure ut proximitatis: uel diuerso: ut cum hic testamento: ille proximitate nitatur. Quotiens autem aliud alii petitori opponitur dissimiles esse status necesse est: ut in illa controuersia testamenta legibus facta: rata sint. Intestatorum parentum liberi hęredes sint. abdicatus nequid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus legitim9 filius sit. post legitimum natus tantum ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat. si pater naturalis sine liberis decessit. qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat: alterum abdicauerat: sustulit nothum. Instituto hęrede abdicato discęssit. Tres omnes de bonis contendunt: nothum qui non sit legitimus: gręci uocant. latinum rei nomen: ut Cato quoque in oratione quadam testatus: non habemus: ideoque utimur peregrino. Sed ad propositum. hęredi scripto opponitur lex. abdicatus nequid de bonis patris capiat: fit status scripti & uoluntatis: an ullo modo capere possit: an ex uoluntate patris: an hæres scriptus. Notho duplex fit quæstio: q̃ post legitimos natus sit: & q̃ non sit ante legitimos natus. prior syllogismum habęt: an pro non natis sint habendi: qui a familia sunt alienati: altera scripti & uoluntatis: non enim esse hunc natum ante legitimum conuenir: sęd uoluntate legis se tuębitur: quia dicet talem fuisse: ut legitimus esset nothus: tum natus: cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet dicens: non utrique si postea legitimus natus non sit: notho nocere. Vteturque hoc argumento: finge solum natum nothum: cuius conditionis erit? tantum ciuis. atqui nõ erit post ligitimum natus filius: atqui non erit ante legitimos natus. quare si uerbis legis stari non potest: uoluntatem standum est. Nec quemq̃ turbet: q̃ ex una lege duo status fiant. duplex est. ita uim duarum habęt. Rędire in

familiam uolenti dicitur ab altero. Primum ut tibi redire liceat: hęres sum. idem status qui in petitione abdicati. Quæritur enim an possit esse hęres abdicatus: adiicitur communiter a duobus: redire tibi in familiam non licet. non enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisq; eorum quęstione nitetur. alter enim dicet: abdicatum quoq; inter liberos esse: & argumentum ducet ex ipsa: qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum: si esset numero alienorum: nunc quia filii iure futurus fuerit intestati hęres opposita esse legem. quæ tamen id non efficiat: ne filius sit: sed ne hęres. Status finitiuus: quid sit filius. rursus nothus eisdem colligit argumentis: non sine liberis patrem decessisse: quibus in petitione usus est: ut probaret esse se filium: nisi forte & hic finitionem mouet: an liberi sint etiam. non legitimi. Cadent ergo in unam controuersiam uel specialiter duo legitimi status: scripti & uoluntatis: & syllogismus: & prętera finitio: uel tres illi qui natura soli sunt. coniectura in scripto & uoluntate: qualitas in syllogismo: & quæ per se est aperta finitio. Causa quoque & iudicatio & continens est in omni genere causarum. nihil enim dicitur: cui non insint ratio: & quo iudicium referatur: & qd rem maxime contineat. Sed quia magis hęc uariantur in litibus: & fere tradita sunt ab iis qui de iudicialibus causis aliqua composuerunt: in illam partem differantur. Nunc quia in tria genęra causas diuisi: ordinęm sequatur.

De laude & uituperatione.

a Cpotissimum incipiam ab ea quæ constat laude & uituperatione: Quod genus uidetur Aristoteles: atq; eum secutus Theophrastus a parte negociali hoc est πραγματικῆς remouisse: totamque ad solos auditores relegasse: & id eius nominis quod ab ostętatione ducitur: proprium est. Sed mos Romanus etiam in negociis hoc munus inseruit. Ná & funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio: atque ex senatusconsulto magistratibus sæpe mandantur: & laudare testem uel contra pertinet ad momentum iudiciorum: & ipis etiam reis dare laudatores: licet & ęditi in cõpetitores in. L. Pisonem & Clodium & Curionem libri uituperationem continent: & tamen in senatu loco sunt habiti sententiæ. Nec inficias eo esse quasdam ex hoc genere materias ad solam compositas ostętationem: ut laudes deorum uirorumque: quos priora tempora tulerunt. Quo soluitur quęstio supra tractata: manifestumque est errare eos: qui nunquam oratorem dicturum nisi de re dubia putauerunt. an laudes capitolini Iouis perpetua sacri certaminis materia: uel dubiæ sunt: uel non oratorio genere tractantur? ut desiderat autem laus: quæ negociis adhibetur: probationem: sic ętiam illa quæ ostenta-

Vterq; hoc argũmento. Colligit hoc argumẽto nihil notho nocere si postea q̃ ipse natus est: legitimus quis natus nõ sit. Nam p legem si solus natus esset: neq; ciuis cẽt qa post legitimũ non esset natus: neq; filius posset haberi: qa ante legitimum natus non esset.

Itaque uerbis legis stari non posset. Videnť aũt obscuriores huius argumentatiõis sensus ꝓpter male appositas in curia librariorꝫ distinctiones. Sic igitur distinguantur ut hi duo cum interrogatione legant. Cuius conditionis erit? Tantum cuius? At q nõ erit post legitimum natus: hic est distinguendum. Filius? hic quoq; distinguendũ: & cum interrogatiõe legendũ. Nunc quia in tria genera causaſ diuisi ordiné sequatur. Qui nõ uidet sequar esse legendum: ne studeat Quintiliano.

Ac potissimum incipiam. De genere demonstratiuo iccirco ante alia prącipit: quod & iudiciali: & deliberatiuo tractatu sit facilius ac paucioribus explicetur. Et id eius nominis qd ab ostẽtatõe ducit, ꝓpriũ ẽ hoc ẽ του επιδεικτικου Nam ut paulo ante uidimus: demõstratiuũ genꝰ a grącis modo επιδεικτικον id est ostẽratiuũ modo εγκωμιαστικον hoc est laudatiuũ appellatur. Cum igitur a negociis ꝓrsus remouet: atq; ad auditorẽ uoluptatem solum relegať: proprie ostentatiuum nominať.

Nec inficias eo eē q̄s dam ex hoc genere ma/ sculinas ad solam cōpo/ sitas ostentationē. Mate rias non masculinas legē dū esse nemo non uidet.

Vt genitū p̄sidē bel loꝝ dō icredibile nō eēt Sit ut legatur loco esset sensus exposcit. Quod pietas principis nostri p̄ sentium quoq; temporū decus fecit. Adulat' Do/ mitiāo Fabi⁹ qui se deū uoluit appellari ut ex his Suetonii uerbis clare pa tet. Pari arrogantia cum procuratorum suoꝝ no mine formalem dictaret epistolam sic cœpit Do/ min⁹ & deus noster hoc fieri iubet. Vnde institu/ tū post hac ut ne scripto quidem ac sermone cu/ iusq̄ appellaret aliter.

tioni cōponitur. Habet interim aliquam speciem probationis: ut qui Romulum martis filium educatumq; a lupa dicat: in argumē tum cælestis ortus utatur his: quod abiectus in profluentem non potuerit extingui: q; omnia sic egerit: ut genitum pr ęside bellorū deo incredibile non esset: q; ipsum quoq; cęlo receptum tempo/ ris eius homines non dubitauerint. Q uędam uero etiam in defen sionis speciem cadēt: ut si in laudę Herculis permutatum cum re/ gina lybiæ habitum. & imperata: ut traditur pensa orator excuset. Sed propriū laudis est res amplificare & ornare: quæ materia præ cipue quidęm in deos & homines cadit. Est tamen & aliorum ani malium etiam carentium anima. Verum in deis generaliter pri/ mum maiestatem ipsius eōrum naturę uenerabimur. Deinde pro priam uim cuiusq; & inuēta: q̄ utile aliquid hominibus attulerūt. uis ostenditur ut in Ioue regundorum hominum: In marte belli: In Neptuno maris. Inūenta ut artium in Minerua. Mercurio litte rarum. medicinæ Apolline. Cerere frugum. Libero uini. Tum si qua ab his acta uetustas tradidit cōmemoranda. addūt etiam diis honorem parentes: ut siquis sit filius Iouis. Addit antiquitas: ut iis qui sunt ex chao. progenies quoq; ut apollo ac diana latonæ. Lau dandum in quibusdam q; deniti immortales. in quibusdam q; im mortalitatem uirtute sunt consecuti: quod pietas principis nostri prędentium quoq; temporum decus fecit. Magis est uaria laus ho minum. Nā primum diuiditur in tempora. quodq; ante eos fuit: quodq; ipsi uixerunt. In iis autem qui fato sunt functi etiam quod est insecutum: Ante hominem patria ac parentes maioresq; ęrūt: quorum duplex tractatus est. aut enim respondisse nobilitati pul/ chrum erit: aut humili⁹ genus illustrasse factis. Illa quoq; interim ex eo q; ante ipsum fuit tempore trahentur: quæ responsis uel au/ guriis futuram claritatem promiserunt. Sicut eum qui ex thetide natus esset: maiorem patre suo futurum ceciniſſe dicuntur oracu/ la. ipsius uero laus hominis ex animo & corpore & extra positis pe ti debęt. Et corporis quidem fortuitorumq; tum leuior: tum non uno modo tractanda est. Nam & pulchritudinem interim robur/ que prosequimur honore uerborum: ut Homerus in Agamem/ none atque Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas: ut cum idem Tydea paruum sed bellatorem dicit fuis/ se. Fortuna uero tum dignitatem affert: ut in regibus principibus/ que. namque est hęc materia ostendendæ uirtutis uberior: tū quo minores opes fuerunt: eo maiorem beneficiis gloriam parit. Sed omnia quæ extra nos bonas sunt: quęq; hominibus forte optigę/ runt: non ideo laudantur: q; habuerit quis ea: sed q; iis honeste sit usus. Nam diuitiæ & potentia & gratia cum plurimum uiriū dent in utranque partem: certissimum faciunt morum experimentum.

aut enim meliores propter hęc: aut peiores sumus. Animi semper uera laus: sed non una per hoc opus uia ducitur. Nanq; alias ætatis gradus gestarumq; rerum ordinem sequi decentius fuit: ut in primis annis laudaretur indoles: tum disciplinæ: post hoc operum ideſt factorum: dictorumq; contextus: alias in speciebus uirtutum diuidere laudem fortitudinis: iustitiæ: continentiæ: cęterarumq; : ac singulis assignare: quæ secundum quãq; earum gesta erunt. Vtra sit autem harum uia utilior cum materia deliberabimus: dum sciamus gratiora esse audientibus: quæ solus quis: aut primus: aut certe cum paucis fecisse dicetur: si quid prętereа supra spetie aut exspectationem: præcipue quod aliéa potius causa q̃ sua: tempus qd' finem hominis insequitur: non semper tractare contingit: non solum q̃ uiuentes aliquãdo laudamus: sed q̃ rara hæc ocasio est: ut referri possint diuini honores: & decreta: ut publicę statuæ constitutæ. Interque enumerauerim ingeniorum monumenta: quæ sæculis probarentur. Nam quidam sicut Menander iustiora poste/rorum q̃ suæ ætatis iudicia sunt consecuti. Afferunt laudem liberi parentibus: urbes conditoribus: leges latoribus: artes inuẽtoribꝰ: nec non instituta quoq; auctoribus: ut a Nũma traditum deos colere: a Publicola fasces populo submittere. Qui omnis etiá in uituperatione ordo constabit tantum in diuersum. Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit: & quosdam claritas ipsa notiores circa uitia & inuisos magis fecit: & in quibusdam: ut in Paride traditum est: prædicta pernicies: & corporis & fortunæ quibusdá mala contemptum: ut Thersitæ. At ęro quibusdam bona uitiis corrupta odium attulerũt. Vt Nirea imbellem: plistinem impudicũ a poetis accepimus. Et animi totidem uitia: quot uirtutes sunt: nec minus q̃ in laudibus duplici ratioue tractantur. Et post mortẽ obiecta quibusdam ignominia est: ut Melio: cuius domus solo ęquata. M. q̃. Manlio: cuius prænomen e familia in posterum exẽptũ est: & parentes malorum odimus: & est conditoribus urbium infamiæ contraxisse aliquam pernitiosam cæteris gentem: qualis est primus iudaicæ superstitionis auctor. & Gracorum leges inuisæ. Et si quod est exemplum deforme posteris traditum: quale libidinis: ut Perses in muliere Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in uiuentibus quoq; iudicia hominum uelut argumenta sunt morum: & honos aut ignominia ueram esse laudem uel uituperationem probat. Itereſſe tamen Aristoteles putat: ubi quicque laudetur: aut uituperetur. Nam plurimum refert: qui sint audientiũ mores: quæ publice recepta persuasio: ut illa maxime quæ probãt esse in eo qui laudabitur: credant aut in eo qui in eo contra quem dicęm⁹ ea quæ odęrunt: ita non dubium erit iudicium: quod ora

Aliquãdo hominem patri & parentes maiorę erũt Ante citra omnem dubitationem legẽdum est erasa aliquãdo a uerbio. Sicut Menander Vitio male iudicantium Menandro prælatus fuit Philemon comicus: ut Macrobius refert. Sed posteri pluris semper fecerũt Menandri q̃ Philemónis comœdias. Vt nerea imbellẽ. Plistinem impudicum a poetis accepim⁹. Nirea prima cum i scripta legẽdum est. Nireus enim ut in tertio Iliados narrat Homerus: corpore fuit pulcherrimus sed imbellis. Plistines autem dicit fuisse Agamemnonis & Menelai per adulterium pater. Vt melio cuius domus solo æquata. Hic enim affectatæ dominationis suspectus & interfectus fuit: & ædes eiꝰ solo æq̃tæ. Marcoq; Mãlio. Hic Manlius gaplerosq; debitorum ære alieno liberauerat: ex arce q̃ a Gallis defenderat sint delectus: cautumq; ne qs ex ea familia Marcus appellaretur.

Vt Perſes in muliere Samia inſtituer' auſus dici' primus. Quodnã genus flagitii hoc fuerit: nondũ memini me legiſſe. Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio foret. Sybaritę populi calabriæ fuerunt luxuriæ: ac deliciis maxime dediti.

Sunt ciues illis: ut hominibus liberis decori. Pro liberis legendũ ẽ liberi. Vt.n.fi ii parentib⁹ ſunt ornamento ſic & ciues urbibus. Eſt laus & magnitudo operũ. Quidam nõ percipiẽtes quæ dicerent a Fabio: hunc ſenſum deprauarunt. Putarunt.n. Fabiũ hoc dicere. Magnitudinem operum urbibus laudi eſſe: quę & ſunt qdẽ. Sed hoc ut notũ prętermittit Fabius. prędpitq; quomodo opera ſoleant laudari quod aperte ſequentia indicãt. Quare magnitudo mihi eradenda uidetur: ut legamus. Eſt laus: & opęr: hoc eſt publicorum edificiorę. Eſt & locorum: qualis Siciliæ apud Ciceroem. Quarta in Verrem Cicero laudat Siciliam. His quoque uſum. C. Cęſarem in uituperãdo Catone notauerit Cicero. Hoc ſi to/picis Cicero notauit. Scripſit aũt Cęſar in Catonem cui⁹ laudes Cicero iam uno libro cõplexus fuerat.

Eliberatiuas quoque miror. De genere d'liberatiuo tam aperte ꝓcipit Fabi⁹ ut mendis ſublatis nihil expoſitione ſit opus.

tionem præceſſerit: ipſorũ etiam permiſcenda laus ſemper. Nam id beniuolos facit. quotiens autęm fieri poterit cum materiæ utilitate iungenda. minus Lacedemone ſtudia litterarum quam Athenis honoris merebuntur. plus patiẽtia. fortitudo. rapto uiuere quibuſdam honeſtum. aliis cura legum. frugalitas apud Sibaritas forſitã odio foret. Veteribus Romanis ſummum luxuriæ crimẽ. eadem in ſingulis dña. maxime fauet iudex qui ſibi dicentem aſſentari putat. Idem prędpit illud quoque quod mox Cornelius Celſus prope ſupra modum inuaſit: quia ſit quędam uirtutibus ac uitiis uicinitas: Vtendum proxima deriuationę uerborum: ut pro temerario fortem. pro prodigo liberalem. pro auaro parcum uocemus: quæ eadem etiam contra ualent: quod quidem orator. i. uir bonus nũquam faciet niſi fortę communi utilitate duceretur. Laudantur autem urbes ſimiliter atq; homines. Nam pro parente eſt conditor: & multum auctoritatis affert uetuſtas: ut iis qui terra dicuntur orti: & uirtutes ac uitia circa res geſtas: eademq; in ſingulis. illa propria quæ ex loci poſitione aut munitione ſunt. ciues illi ut hominibns liberi decori. eſt laus & magnitudo operum: in quibus honor. utilitas. pulchritudo. auctor ſpectari ſolet. honor ut in templis. utilitas ut in muris. pulchritudo uel auctor utrobiq;. Eſt & locorum: qualis Siciliæ apud Ciceroem: in quibus ſimiliter ſpeciem & utilitatem intuemur. ſpeciem maritimis. planis. amænis. utilitatem ſalubribus. fertilib⁹. Erit etiam dictorum honeſtorum factorumq; laus generalis. erit & rerum omnis modi. Nam & sõni & mortis ſcriptæ laudes: & quorundam a medicis ciborum. Itaque ut non conſenſi hoc laudatiuum genus circa ſolam uerſari honeſti quęſtionem: ſic qualitate maxime contineri puto: q̃q̃ omnes tres ſtatus cadere in hoc opus poſſint. His quoque uſum. C. Cæſarem in uituperando Catone notauerit Cicero. Totum autẽ habet aliquid ſimilę ſuaſoriis: quia plerũque eadem illic ſuaderi: hic laudari ſolent.

De ſuaſoria & proſopopœia.

d Eliberatiuas quoq; miror a quibuſdam ſola utilitate definitas. Ac ſiquid in his unum ſequi oporteret: potior fuiſſet apud me Ciceronis ſententia: qui hoc materiæ genus dignitate maxime contineri putat. Nec dubito quin ii qui ſunt in illa priore ſententia: ſecundum opinionem pulcherrimam: ne utile quidem niſi quod honeſtum eſſet exiſtimauerint. Et eſt hęc ratio ueriſſima: ſi conſilium contingat ſemper bonorum ac ſapientum. Verum apud imperitos: apud quos frequenter dicenda ſententia eſt: populumque prędpue: qui ex pluribus cõſtat indoctis: diſcernenda ſunt hęc: & ſecundum communes magis intellectus loquẽdũ. Sũt.n. multi q̃ etiã quæ credũt honeſta: nõ tamẽ ſatis ea

Vt fœdus Numantinum: iugumq; Caudinum. Notæ sunt historiæ. Nam. C. Hostilius Mancinus in Hispaniã cõsul cõtra Numãtinos missus: cũ ab hostibus fuisset supatus: iniqssimis cõditiõibus fœdus pcussit: ut relictis armis atq; impedimẽtis milites obduceret. Quo qdẽ fœdere ab senatu improbato. Mãcinus hostibus fuit deditus. T. aũt Veturius & An. Posthumius cõsules cũ aduersus Samnites exercitũ duxissent: apud Caudinas Furcas in insidias a Põtio Herenio hostiũ duce structas inciderũt: ut e loco undiq; & mõtibus & hostib⁹ clauso minime egredi possent. Quare ita depacti sunt: ut subiugum mitterentur: & cum singulis uestibus abirent. Inde uero iugum Caudinum fuit appellatũ. Det Halõnesum Philippus: an reddat: Halonẽsus insula est de qua Athenienses cũ Philippo cõtenderũt. Extat aũt Demosthenis oratio quę περὶ ἁλοννήσου inscribitur cõtra Philippũ. Nã Halonnesus prius fuit ditionis Athenienſiũ. Pilippi uero tẽporibus a latronibus capta fuit: quos cum expulisset. Philippus: repetẽtibus insulã Athenienſibus: quãuis non redderet: quod sui iuris eã diceret esse factã: daturũ tamẽ se pollicet. Suadet igitur Demosthenes Athenienſibus: ut non tanq̃ data sumant: sed tanq̃ redditã accipiant. Est. n. de hoc quæstio: utrum eam det an reddat Philippus

dem utilia quoq; existimẽt. q̃ turpia esse dubitare nõ possunt: utilitatis spẽ ducti ꝓbẽt: ut fœdus numãtinũ: iugũq; caudinũ. Ne q̃ litatis qdẽ statu in quo & honestorũ & utiliũ qõ ẽ: cõplecti eas satis ẽ. Nã frequẽter in iis ẽt cõiecturæ locus ẽ. Nõnũq̃ ẽt tractaẽ aliq̃ finitio. aliqñ ẽt icidere possũt legales tractat⁹ i priuata maxie cõsilia: siqñ ãbigiẽ an liceat. de cõiectura paulo post pluribus. Interi ẽ definitio apud Demosthenẽ det Haloneſũ Philippus an reddat. apud Ciceronẽ in philippicis. qd sit tumultus. Quid? nõ illa similis iudicialiũ qõ: de statua seruii Sulpitii? an iis d'mũ ponẽda sit q̃ i legatõe ferro sunt interẽpti? Ergo ps deliberatiua q̃ eadẽ suasoria dr̃ de tpe futuro cõsultat: q̃rit ẽt de ꝑterito. Officii s cõstat duob⁹ suadẽdi & dissuadendi. Prohœmio quale est in iudicialibus non ubiq; eget: q; cõciliatus ẽ ei q̃q; quẽ cõsulit. Initiũ tamẽ quod cũq; d'bet hr̃e aliq̃ ꝓhœmii spẽm: nec. n. abrupte: nec unde libuit incipiẽdũ: q; ẽ aliqd in oi materia naturaliter primũ. In senatu utiq; & in cõcionib⁹ eadẽ rõ: q̃ apud iudices acq̃rẽdę sibi plerũq; eorũ apd quos dicẽdũ sit benuolẽtię. Nec mirũ cũ ẽt in panegyricis petaẽ audiẽtiũ fauor: ubi emolumẽtũ nõ utilitate aliq̃: sed in sola laude consistit. Aristoteles qdẽ nec sine cã putat & a nr̃a & ab ei⁹ q̃ dissentiẽt: ꝓsona duci freq̃nter in cõsiliis exordiũ: q̃si mutãtib⁹ hęc nobis a iudiciali genere nõnũq̃ ẽt ut minor res maior ne uideaẽ. In d'mõstratiuis uero ꝓhœmia eẽ maxie libera existimat. Nã & longe a materia duci hoc: ut in Helenes laude Isocrates fecerit: & ex aliq̃ rei uicinia: ut idẽ in panęgyrico cõquerie plus honoris corporũ q̃ aiorũ uirtutib⁹ dari. Et gorgias i olympico laudãs eos q̃ primi tales isti-tuerũt cõuẽtus quos secutus uidelicet Crispus Salustius i bello iugurthĩo & Catilinę nihil ad historiã ꝓtinẽtib⁹ pricipiis orsus ẽ. Sed nũc ad suasoriã: in qua ẽt cũ ꝓhœmio utemur: breuiore tamẽ & uelut quodã capite tãtũ & initio debebimus eẽ cõtẽti. Narrationẽ uero nũq̃ exiget priuata deliberatio eius: dũtaxat rei: de q̃ dicẽda sẽtẽtia ẽ: q; nemo ignorat id de quo cõsulit. Extrisecus possũt ꝓtinẽtia ad deliberationẽ multa narrari. In cõtiõib⁹ sępe ẽ ẽt illa q̃ ordinẽ rei dõcc necessaria ad effectus: ut q̃q; maxie postulabit. Nã & cõcitãda & leniẽda freq̃nter ẽ ira: & ad metũ: cupiditatẽ: odiũ conciliatiõe in ꝑpellẽdi ai. Nõnũq̃ ẽt mouẽda miseratio siue ut auxiliũ obsessis ferae suadere oportebit: siue socię ciuitatis euersionẽ dęflebim⁹. Valet ãt in cõsiliis auctoritas plurimũ: nã & prudẽtissim⁹ eẽ hẽriq; & optim⁹ debet: q̃ snię suę de utilib⁹ atq; hõestis credeẽ oẽs uelit. In iudiciis. n. uulgo fas habeẽ indulgęrę aliq̃ studio suo: cõsi

Quid nõ illa similis iudicialiũ quæstio de statua Seruii Sulpitii? In octaua Philippica hæc quæstio a Ciceron tractatur. Nã suadet Ciceroni: ut Seruio Sulpi. q in legatione ad. M. Antoniũ mortuus fuerat: statua erigaẽ. P. uero Seruilius sentiebat iis tantum statuas eẽ ponẽdas q ferro in legatiõe fuissent interfecti. Vt in Helenes laude Isocrates fecerit. De laudibus eloquẽtiæ solũ in prohœmio laudatiõis Helenę uerba facit Isocrates. Et Gorgias in olympico. Orationẽ cõposuit gorgias Leõtinus de olympico: laudę laudib⁹ olympic⁹ uocaẽ panegyricus.

An isthmos intercidi. Isthmos dr̃ ãgusta terra inter duo maria sita. Duo

ât ſũt celebreſ iſthmi thratius & Achaicus in quo ẽ urbs corinthus. Hũc uero pfodere ac põtinas paludes ſiccaſ ut ſcribit Tráqllus deſtinauit Iulius Cæſar. Sed morte ꝑuẽtus efficere nõ potuit. Portũ uero hoſtiẽſẽ pfecit Claudius Cæſar a Diuo qdẽ Iulio ſæpi⁹ deſtinatũ: ſed pp difficultatẽ omiſſũ circũducto dextra ſiniſtraq; brachio: & ad ītroitũ ꝑfũdo iã ſalo mole obiecta: q̃ quo ſtabili⁹ fũdaret: nauẽ añ demerſit: q̃ magn⁹ obeliſcus ex ęgypto fuerat aduectus cõgeſtiſq; pilis ſuppoſuit altiſſimã turrĩ: in exẽplũ alexãdrini phari: ut ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerẽt: An Alexãder terras u.tra oceanũ ſit inuẽturus. Alexãder cũ ex ſnía Democriti mul:os eẽ mũdos accepiſſet: cupiditate illos aggrediẽdi flagrare cœpit. Vñ Iuuenalis. Vnus pellæo iuueni n ſufficit orbis. Hic rhetores ſuaſorię argumẽtũ ſũ pſerũt. Diſſuadẽt. n. Alexãdro: ne oceanũ trãſire aĩum inducat. Fere autẽ oẽs hãc tractaueŕt q̃ſtionẽ. Etiã ſi nauigari poſſet oceãuſ nauigandũ nõ eẽ. Hui⁹ uero ſuaſorię diuiſiões colores multaſq; ſnías Seneca litteris commẽdauit. Deliberãt pres: hoc quoq; thema de hiſtoria ſũptũ. Nã ut in v. narrat T. Li. Senat⁹ ad cõciliãdoſ ſibi plebiſ aĩoſ decreuit: ut miles de publico ſtipẽdiũ acciperet: cũ añ id tẽpus de ſuo qſq; fũctus eo mũere eſſet. Nihil acceptũ unq̃ a plebe tãto gaudio traditur. Cõcurſũ itaq; ad curiã eſſe. ꝓhẽſataſq; exeũtiũ manus: & prẽs uere appellatos. An Fabios dedant gallis bellũ minitãtibus. Hęc materia declamatoria una cũ aliis de qbus hoc loco meminit Eabius de hiſtoria ſũpta ẽ. nã Romãi: ut narrat ī v. Liui⁹: tres Fabios Cluſino rũ rogatu ad regẽ gallorũ legatos miſerũt: q ei dũtiarẽt: ut ab obſidiõe Cluſii abſtineret. Is cũ ſu ꝓbius reſpondiſſet: initũ ẽ pliũ: ī quo cõtra ius gẽtiũ legati quoq; ꝑ Cluſinis arma cepẽrt atq; gallorę regẽ trucidarũt: q̃ re indignati galli recta cito agmie romã pergẽteſ apud Alliã fluuiũ Róanũ exercitũ deleuerũt: ac nullis repugnãtib⁹ urbẽ totã ꝑter Capitoliũ occuparũt. Deliberat C. Cæ-

lia nemo ẽ q neget ſecũdũ mores dari. Grecorũ quidẽ plurimi oẽ hoc officiũ cõcionale ẽe iudicauerũt: & in ſola reipublicæ adminiſtratiõe poſuerũt. Q uin & Cicero in hac maxime pte uerſaŕ. lõq; ſuaſuris de pace. bello. copiis. opibus. uectigalibuſ: hęc duo p̃cipue nota ẽe uoluit uires ciuitatis & mores: ut ex natura tũ ipſarũ rerũ: tũ audientiũ rõ ſuadẽdi ducereŕ. nobis maior in re uideŕ uarietas. nã & cõſultãtiũ & cõſiliorũ plurima ſunt genera. Quare in ſuadẽdo & diſſuadendo tria primũ ſpectãda erũt. Quid ſit de quo deliberetur. q̃ ſint q deliberẽt. q̃ ſit q ſuadet. Rẽ de q̃ deliberaŕ aut certũ eſt poſſe fieri. aut incertũ. Si incertũ hęc erit qõ ſola aut potẽtiſſima. ſępe. n. accidet ut pri⁹ dicamus: ne ſi poſſit q̃dẽ fieri: eẽ faciẽdũ deinde fieri nõ poſſe. Cũ ãt de hoc q̃riŕ cõiectura ẽ. an Iſthmos intercidi. an ſiccari palus põtina. an portus fieri hoſtiæ poſſit. an Alexãder terras ultra oceanũ ſit inuẽturus. Sed in his quoq; q̃ cõſtabit poſſe fieri cõiectura erit aliq̃: ut ſi q̃raŕ. an utiq; futurũ ſit: ut Carthaginẽ ſupẽrẽt rõani. ut redeat Hãnibal: ſi Scipio exercitũ ī africã trãſtulerit. ut ſeruẽt fidẽ ſánites ſi rõani arma depoſuerint. Quędã & fieri poſſe & futura eẽ credibile eſt: ſed aut alio tpe. aut alio loco. aut alio mõ. ubi cõiecturæ nõ erit locus: alia ſũt intuẽda. Et primũ: aut pp ipſã rẽ de q̃ ſnía rogãtur cõſultabiŕ: aut pp alias interueniẽtes extrinſec⁹ cãs. pp ipſã deliberãt. p. c. an ſtipẽdiũ militi cõſtituãt. Hęc materia ſimplex erit. Accedũt cãæ aut faciẽdi: ut deliberãt. p. c. an Fabios dedãt gallis bellũ minitãtib⁹. aut nõ faciẽdi. deliberat. C. Cęſar: an perſeueret in germaniã ire: cũ milites paſſim teſtamẽta facerẽt. Hæ ſuaſoriæ duplices ſunt. Nã & illic cã deliberãdi ẽ: q̃ bellũ galli minitenŕ: eẽ tũ qõ põt dedendi ne fuerint ẽt citra hãc denũciationẽ: q̃ cõtra faſ cũ legati miſſi eſſent prœliũ inierint. regẽq; ad quẽ mãdata acceperãt trucidarint. Et hic nihil Cęſar ſine dubio deliberet: niſi pp hãc militũ pturbationẽ. eſt tũ locus q̃rendi: an citra hũc quoq; caſum penetrãdũ in germaniã fuerit. Semp ãt de eo prius loquemur de quo deliberari etiã detractis ſequẽtib⁹ poſſet. Partes ſuadendi q̃dã putauerũt honeſtũ. utile. neceſſariũ. ego nõ inuenio huic tertiæ locũ. Quãtalibet. n. uis ingruat: aliq̃d fortaſſe pati neceſſe ſit nihil facere. De faciendo ãt deliberatur. Q̃d ſi hãc uocãt neceſſitatẽ: in q̃ hoies grauiorũ metu cogũtur utilitatis erit qõ: ut ſi obſeſſi & ipares & aq̃ ciboq; defecti de facienda ad hoſtẽ deditiõe deliberent: & dicatur neceſſe eſt. nẽpe ſequtur ut hoc ſubiciatur. alioq; pereũdũ eſt. ita pp id ipſũ nõ eſt nęceſſe: q̃ perire potius licet. Dęniq; nõ fecerũt ſagũtini: nec in rate opitergina circum

uēti. Igit in his quoq; cāis: aut de sola utilitate ābiget: aut qō inter utile atq; honestū cōsistet. At. n. siqs liberos pcreare uolet: necesse hēat uxorē ducere qs dubitat? Si ei q pater uult fieri: liqat necessę est uxorē eē ducēdā. Itaq; mihi ne cōsiliū qdē uidetur: ubi necessitas ē: nō magis q̄ ubi cōstat qd fieri nō posse. Ois. n. deliberatio de dubiis est. Meliusq; igitur q tertiā partē dixerūt Ἀυνάτον qd nostri possibile noiant: q̄ ut dura uideatur appellatio: tū sola ē. Quas partes nō oēs in oēm cadere suasoriā māifestius ē q̄ ut docēdū sit. Tū apud plerosq; earū numerus augetur: a quibus ponūtur: ut partes: q̄ spēs sunt partiū. Nā fas. iustū. piū. æquū. māsuetū quoq;. Sic. n. sūt interptati ἡμιερον & siq̄ adhuc adiicere qs eiusdē generis uelut subiici possūt hōestati. An sit āt facile. magnū. iucūdū sine periculo ad qōnē ptinet utilitatis: q loci oriūtur ex cōtradictiōe. Est qdē utile: sed difficile. paruū. iniucundū: periculosū. Tū quidā uideē eē nonū̄q̄ de iucūditate sola cōsultatio: ut si de edificādo theatro. in stituendis ludis deliberetur. Sed neminē adeo solutū luxu puto: ut nihil in cā suadēdi seqūtur pter uoluptatē. Precedat. n. semp aliqd necesse ē: ut i ludis honor deorū. in theatro nō lutilis laborū remissio. deformis & incōmodatur bæ si id nō fiat: cōflictatio. & nihilominus eadē illa religio: cū theatrū ueluti quoddā illius sacri tēplū uocabimus. Sepę uero & utilitatē despicēdā esse dicimus: ut hōesta faciamus: ut cū illis opiterginis damus cōsiliū: ne se hostibus dedāt: q̄q̄ pituri sint: nisi fecerint. & utilia hōestis pferimus: ut cū suademus ut bello punico serui armētur. Sed tū ne hic plane cōceden dū est e sse id in honestū. liberos. n. natura oēs: & eiisdē cōstare elementis. & fortasse ātiqs ēt nobilibus ortos dici pōt. Et illic ubi māifestū periculū est: opponēda alia sunt pericula: ut crudelius ēt pitu ros affirmemus: si se dediderint: siue hostis nō seruauerit fidē: siue Cęsar uicerit: qd̄ē uero similius. Hęc āt q̄ tātū inter se pugnāt: plerūq; noibus deflecti solent. Nā & utilitas ipsa expugnatur ab iis q dicunt nō solū potiora esse honesta q̄ utilia. Sed ne utilia q̄dem eē quæ nō sunt honesta. & contra quod nos honestū: illi uanū. ambitiosum. stolidum. uerbis q̄ re probabilius uocant. Nec tātū inutilibus comparantur utilia: sed inter se quoq; ipsa: ut si e duobus eligamus in altero: quid sit magis: in altero quid sit min⁹. crescit hoc ad huc. Nā interim triplices ętiam suasoriæ incidunt: ut cum Pompeius deliberauit parthos. an africam. an ægyptum peteret. Ita nō tātum utrum sit melius: sed quid sit optimum quęritur: Idemq; contra. nec nūquī incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei: q̄ undique secundū nos sit. Nā nbi cōtradictionī locus non est: q̄ pōt esse cā dubitandi? Itē fere ois suasoria nihil est aliud q̄ cōparatio: uidendumq; quid consecuturi sumus & ppter quid: ut æstimari possit:

sarē an perseueret i Germaniā ire. Hoc in Cæsaris ipsius cōmētariis legitur. Quātalibet. n. uis: Procul dubio hic aliqd deest. citra qd̄ integer sēsus eē nō pōt. Ad qd̄. n. referat ille infinitus facere: nihil est. Quare mihi tres hæ dictiones forsitā sūt ascribēde: ut legamus nihil facē nō sit necesse. Hoc nāq; mō & clarus: & integer erit sensus. Sēper. n. aliqd facere possumꝰ: ac si nihil aliud: saltē nos metipsos uita priuare. Deniq; n. f. f. Sagūtinoꝝ fides i populū Ro. notior est: q̄ ut hoc loco sit referēda. Nec i rate: Opitergina: ut refert Liuius. C. Cæsaris auxiliares. cū. C. Antonius Cæsaris legatus bello ciuili male contra Pōpeianos pugnasset: atq; i Illirico captus eēt: potius q̄ i potestatē hostiū uenirēt rate sua ab hostilibꝰ nauibꝰ clausa it r se concurrētes gladiis occubuerunt.

Si ei q pater: Loco est uerbi esse ut legat̄ sensus exposcit hoc mō: liquęat necesse eē uxorē eē ducēdā. Nemo. n. de hoc dubitat: eoq; in cōsultationē non ueniet. Tū apd̄ plerosq; Sic qdē legit̄. Sed a pleriscq; fortasis rectius legeret̄. Est qdam u. s. d. parū & in iucūdū. Quidē legat̄: ac illa & copula expūgat̄. Vt cū suadēus. Serui apd̄ Priscos pēa capitali a re mi. arcebant̄: ut scribit Martiāus. xl. de re mili. Ab oī militia ingt̄ serui phibētur: alioq; capite puniūt̄ Cæteꝝ bello pu. armati fuēr: uocatiq; uolōes qd̄ ultro pro dūis uellēt militat̄. Vt cū Pōpeius deliberauit: pthos: an Africam: an ægyptum peteret. Hoc in Pompeii uita narrat Plutarchus. Cum enim Pōpeius in Pharsalia a Cęsare superatus Mitylænas ad uxorē cōfugisset. i hāc u ir deliberationē: utrum

pthos:an Africa:an ęgyptũ peteret. Tãdẽ uero i ægyptũ ire decreuit: ubi ptolemęi iussu fuit obtrũcatus. Si se dederit. Dis syllaba scripta dediderit ẽ legẽdũ, Vñdũq; qd cõsecuturi sim⁹ & pp qd Sic qdẽ legit sed corrupte ut mihi vr̃. Nõ. n. pp qd cõsecuturi sim⁹ aliqd uidẽdũ ẽ in dliberãdo: sed p qd: ut si p bellũ: p multos labores: p magnã pecuniæ effusionẽ p ędes dñiq; nostroꝝ ciuiũ aliq; urbe sim⁹ potituri. Quare p qd: id qd̃ sęntia quoq; indicãt legẽdũ vr̃. Et aius dliberãtis ñ ipa hõesta natura. Hõestiꝑ hõesta: ut natura honestatis itelligat: legẽdũ ẽ. Quib⁹ fuit cura famę cõseruãdus ẽ hic ul' ãbit⁹ Aliq; recte in qbusdã exẽplaribꝰ legit hoc mõ. q/bus fuit aliq; cura famæ. Qui aliq; famæ curã habẽt: hoc ãbitu laborant: ut bõi saltẽ uideãt q̃uis nõ sint. uel ãt p saltẽ elegãter ponit. Vt quod: Loco opis mihi opę fę/gẽdũ vr̃. hoc ẽ laboris. Nõ solũ. n. dicẽda excogitare oratorẽ oportet: sed inuẽta quoq; fictæ p sõæ acõmodar̃. De rõe belli Scipionis: littera o expũcta deliberet legen/dũ eẽ ne dubitãdũ ẽ qdẽ Hoc uero de historia sũptũ. Nã ut narrat. T. Li. Cõtrouersia fuit iter Fa. & Scip. q̃ rõne bellũ cũ carthaginẽsib⁹ foret ad ministrãdũ: hoc ẽ. In italia ne an i Africa cẽt gerẽdũ. Et si pax: utilitate erasa m legẽdũ ẽ. At recta sunt. obiectio hæc nulla ẽ nisi negatio ascribat̃ hoc mõ. At recta ñ sũt. Sed dãdis. Probabilẽ facti cãm gręci χρωμα. latini colorẽ uocãt. vñ apd luue. adultera sic rogat Quintilianũ. Dic Quintiliauæ colorem.

plus in ęo qd̃ petim⁹ sit cõmodi: an uero in eo p qd̃ petius icõmodi. Est utilitatis & in tpe q̃stio: expedit: sed nõ nũc: & in loco nõ hic & in psona: nõ nobis: nõ cõtra hos: & in genere agẽdi: non sic & in mõ: nõ in tãtũ. Sed psonã sępi⁹ decoris cã intuemur: q̃ & in nobis: & in iis q̃ deliberãt spectãda est. Itaq; q̃is exẽpla plurimũ in cõciliis possint: q; facillime ad cõsentiẽdũ hoies ducũt̃ expimentis: refert tũ quorũ auctoritas & qb⁹ adhibeat̃. Diuersi sunt. n. deliberãtiũ ai: duplex cõditio: nã cõsultãt aut pluresꝰ aut singuli: sed i utrisq; differẽtia: q; & in plurib⁹ multũ interest: senatus sit: an populus romãi: an fidenates. gręci: an barbari. & in singulis Catõi petẽdos honores suadeam⁹: an. C. Mario. De rõne belli Scipio prior an Fabius deliberẽt. Proinde intuẽda sexus. dignitas. ætas. Sed mores p̃cipue discrimẽ dabũt. Et hõesta qdẽ hõestis suadere facillimũ ẽ. Si uero apd̃ turpes recta optinere conabit̃: ne uideamur exprobrare diuersam uitæ sectã: cauẽdũ ẽ. & aius deliberãtis. nõ ipsa hõesta natura: q̃ ille nõ respicit: pmouẽdus: sed laudę uulgi. opiniõe: & si parum proficiet hęc uanitas: secuturã ex his utilitatem. aliquanto uero magis obiiciendo aliquos: si diuersa fecerint: metus. Nam prẽter id quod his leuissimi cuiusque animus facillime terrẽtur: nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor: quam spes bonorum: sicut facilior eisdem turpium quam honestorum intellectus est. aliquando bonis quoque suadentur parum decora. dantur parum bonis consilia: in quibus ipsorum q cõsulũt: spectat̃ utilitas: nec me fallit: q̃ stati cogitatio subire possit legẽtẽ. Hoc ergo p̃cipis & hoc fas putas? Poterat me liberar̃. C. Cicero. q ita scribit ad Bru. Propositis plurimis q̃ honeste suaderi Cęsari possẽt. Sim ne bonus ur q hęc suadeã? minie. Suasoris. n. ẽ finis utilitas ei⁹ cui q̃q; suadet: at recta sũt: q̃s negat? sed nõ ẽ semp rectis in suadẽdo locus. Sed q; ẽ altior q̃stio: nec tãtũ ad suasoriaꝑ tinet: destinatus ẽ mihi hic locus duodecio q sũmus futurus est libro. Nec ego q cq̃ fieri turpiter ueli. Verũ iteri hęc uel ad scholarũ exercitatiões ptinere credãt̃: nã & iniquorũ rõ noscẽda ẽ: ut melius ęq̃ tueamur. Interi siqs bono inhoneſta suadebit: meminerit nõ suadere tãq̃ inhonesta: ut qdã declamatores. Sex. Põpeiũ ad piraticã pp hoc ipsũ: q; turpis ac crudelis sit ipellũt. Sed dãdus illis deformib⁹ color: idq; ẽt apd malos: nec. n. ẽ q̃q̃ tã malus: ut uideri uelit. Sic Catilina apud Salu. loq̃t: ut rẽ sceleratissimã nõ malitia: sed indignatiõe uideat̃ audere. Sic Atre⁹ apud Varrũ. Iã fero inqt in fandissima: iã facere cogor. Quanto magis eis qb⁹ fuit cura famæ cõseruãdus ẽ hic uel ãbit⁹? Quare & cũ Cicerõi dabim⁹ cõsiliũ ut Antoniũ roget: uel ẽt ut philippicas. ita uitã pollicẽte eo exurat: nõ cupiditatẽ lucis allegabius. Hęc. n. si ualet in aio eius: tacẽtib⁹ quoq; nobis ualet. Sed ut se reip. seruet hortabimur. Hac illi opus ẽ occasione ne eum talium pręcum pudeat. Et. C. Cæsari suaden/

Quare & cũ Ciceroni dabimus consiliũ:ut Antoniũ roget.Hæc quoq; sunt themata uulgatarũ apud Prí/scos declamationũ:quarꝝ diuisiões sententiæ atq; colores a Seneca fuere collecti.Earꝝ uero themata sunt hęc.De liberat Cicero an M.Antoniũ depecet.Deliberat Cicero an scripta sua cõburat promittẽte Antonio incolumitatẽ si fecisset. Nã quæ in aliis libertas in aliis licẽtia uocat. Hinc apte colligit libertatẽ in bonã:licentiã uero in malã accipi partẽ:unde ẽt Terẽtius.Deteriores oẽs sumus licẽtia.Aliqñ tñ ẽt in bonũ accipi uidet: ut apud Salustiũ in iugurthino.Romã legatos ire iubet agendarꝝ rerꝝ & quocũq; mõ cõponẽdi licẽtiã illis permittit.

tes regnum affirmabimus stare iam remp.nisi uno regente nõ posse.Nã qui de re nefaria deliberat:id solum quęrit quomõ q̃ minimum peccare uideatur.Multum refert etiam:quæ sit persona suadentis:q; ãte acta uita si illustris fuit:aut clariusꝰ genus:aut ætas:aut fortuna affert expectationẽ.Prouidendũ est ne q̃ dicũtur ab eo q̃ dicit:dissentiãt.at iis cõtraria sũmissiorem quendã modũ postulãt Nam quæ in aliis libertas est:in aliis licentia uocatur. Et quibusdam sufficit auctoritas:quosdam ratio ipsa ægre tuetur.Ideoq; longe mihi uidentur difficillimæ prosopopœię:in quibus ad reliquum suasoriæ laborem:accedit etiam personæ difficultas. Namque illud idem aliter Cæsar.aliter Cicęro:aliter Cato suadere debebit. Vtilissima uero hęc exercitatio:uel quod duplicis ẽ operis: uel quod poetis quoque:aut historiarum quoque futuris scriptoribus plurimum confert. Verum & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ a gręcis latinisq; compositæ oratiões:quibus alii uterentur:ad quorum conditionẽm uitamque aptanda:quæ dicebãtur fuerunt.an eodem modo cogitauit:aut eandem personam induit Cicęro cum scriberet.Cn.Pompeio & cum.C. Domicio cæteriſue:ac nõ uniuscuiusq; eorum fortunam.dignitatem.res gestas intuitus?omnium etiam quibus uocem dabat:imaginem expressit:ut melius quidem:sed tamen ipsi dicerę uiderentur? Nec minus uitiosa est oratio:si ab homie:b̃ si a re cui accommodari dębuit:dissidęt: Ideoq; Lysias optime uidetur in his quæ scribebat indoctis:seruasse ueritatis fidem.Enim uero præcipue declamatoribus considerandum est:quid icuique personæ conueniat: qui paucissimas controuersias ita dicunt:ut aduocati. plerumque filii:patres diuites.senęs.asperi.lenęs.auari denique. superstitiosi. timidi.derisores fiunt:ut uix comœdiarum actoribus plures habitus in pronunciando concipiendi sint:q̃ his in dicẽdo:quæ omnia uideri possunt prosopopœię:quas ęgo suasoriis subieci:quia nullo alio ab his quam persona distant:q̃q̃ hoc aliquando ętiã in controuersias ducitur:quæ ex historiis cõpositæ certis agentiũ noibus cõtinẽtur.Neq; ignoro plerũq; exercitationis gratia poni & poeticas historias.ut Priami uerba apud Achilẽ:aut Syllæ dictaturã deponẽtis in cõcione.Sed hęc in partẽ cędent triũ generũ:in quæ cãs diuisimus.Nam & rogare.indicare.rõnẽ reddere: & alia de quibus supra dictum est.uarie atq; ut res uult in materia iudiciali.deliberatiua.demonstratiua solemus.Frequentissime tamẽ in his uti

Apud iurisconsultos quoque huiusmodi inueniũtur locutiões. Data ẽ mihi licẽtia eũdi ac redeundi. Ideoq; lõge mihi uidẽt difficillime prosopopœiæ.Prosopopœiæ cõfictiões psonarꝝ interptant:q̃libus nõ oratores mõ & historici: sed poetæ quoq; freq̃ntissime utuntur:ut Vergilius Sinõis psonam ita effingit:ut nihil ad pditoris mores aditi posse uideatur. An eodem modo cogitauit: aut eandẽ pso nã inducit Cice. Induit c littera expũcta legendũ mihi uidet. Quæ ex historiis cõpositæ certius agentium noibus cõtinẽtur. Certis u littera expũcta nemo nõ uidet esse legẽdũ. Neq; ignoto plerũq; exercitationis gratia poni & poeticas historias. Enim particulã mihi huic sensui deesse uidetur. Superioris nanq; dicti rationẽ reddit Faus. Et similiter copulã ẽ ascribenda:ac historicas c littera ascripta legendũ hoc modo. Neq; enim ignoro plerumq; exercitationis gratia poni: & poeticas & historicas. Sic autem legendum eẽ facile quę sequuntur exẽpla declarant. Vt priami uerba apud Achillẽ Priami uerb ad Achillem quibus Hectoris eadauer rogat q plene uidẽ cupit:legat uigesimũ tertium Iliados librum. Quibus autẽ uerbis Syl la fuerit usus in deponẽda i cõtiõe dictatura i ipsis uita scribit Plutarchꝰ

Vt apud Ciceronem pro Celio in Clodiam & Cæcus Appius & Clodius frater: ille in castigationem: hic in orationē morꝫ compositus alloqtur. Qui orationē Ciceronis pro Cælio legerit: facile diiuicabit: & rationem o prima littera expuncta: & amorꝫ a littera aſcripta eſſe legendum. Vt cum apud Cæſarem cōſultatio de pœna Theodoti ponitur. Hæc quoq; materia de hiſtoria eſt ſumpta: de qua in cōmentariis Cęſaris plura. Theodotus aūt rhetor fuit. Chius q ꝑſuaſit Ptolemeo: ut Pōpeum curaret interficiendū ea uſus ſententia hominē mortuū nō mordere. Non ſimplex aūt ſuaſorias error. Circa ꝓpoſitio eſt aſcribenda: ut legatur: circa ſuaſorias.

Et eaꝫ breuiores utique Cōmentarios: q̄ legalis materiæ facere elaborarunt. Legalis quidē legiē. Sed cū de toto iudiciali genere uerba faciat forſitan iudicialis rectius legeretur. Huic aūtē correctioni Fabius ipſe paulopoſt accedere uidetur. Sic enim ſcribit In ueniet.n. nec in conſiliis abrupta initia & cōcitatius ſæpe in iudiciis dictū & uerba aptata rebus in utroq; genere & breuiores aliquando cauſarum orationes q̄ ſententiaſ.

Ita cur initiū furioſo ſit exclamandū nō intelligo. Ne hic qdē locus error caret q̄ius ſic fere legaē: mihi aūt pro furioſo uideē eſſe legendū furioſe. Cū propoſita cōſultatione rogatus ſentētiā: ſi modo eſt ſanus nō quæritet. Quiritet ꝑma cū i littera ſcripta legendū ē nō quęritet: ut in exemplaribus ſcriptū deprehendit̄. Eſt autem quiritare Quiritum fauorē ſummo clamore implorare. Ideoq; Theophraſtus q̄ maxime remotū ab omni affectōe in deliberatiuo genere uoluit eſſe ſermonem. Pro affectione mihi uidetur legēdum eſſe affectatione. Aperte.n. ſignificat Fabius ex ſententia Theophraſti: atq; Ariſtotelis uerborum effuſiorē cultum in conſultationibus ac deliberationib⁹ non eſſe affectandum.

mur ficta perſonarūm: quas ipſi ſubſtituimuſ oratione: ut apud Ciceronem pro Cęliō in Clodiam: & Cæcus appius: & Clodius frater: ille in caſtigationem: hic in rationem morum compoſitus alloquitur: ſolent in ſcholis fingi materiæ ad delibęrandum ſimiliores controuerſiis: & ex utroq; genere commixtæ ut cum apud. C. Cæſarem conſultatio de pœna Theodoti ponitur. Conſtat enim accuſatione & defenſiōe cauſæ: quod eſt iudicialium proprium. permixta autem eſt & utilitatis ratio: an pro Cæſarę fuerit occidi. Pōpeium. an timendum a rege bellum: ſi Theodotus ſit occiſus. an id minimę opportunum hoc tempore & periculoſum. & cęrte lōgum ſit futurum. Q uæritur & de honeſto. deceat nę Cæſarem ultio. Pompeii. an ſit uerendum: ne peiorem faciat ſuarum partium cauſam: ſi Pompeiū indignū morte fateatur. Quod genus accidere etiam ueritati poteſt. Nō ſimplex aūt ſuaſorias error in pleriſq; declamatoribus fuit· qui dicendi genus in his diuerſum: atq; in totum illi iudiciali contrarium eſſe ęxiſtimauerūt. Nam & principia abrupta: & cōcitatam ſemper orationem: & in uerbis effuſiorem: ut ipſi uocant: cultum affęctauerunt: & earum breuiores utiq; cōmentarios: q̄ legalis materiæ facere ęlaborarunt. Ego porro uti prohœmio uideo non utique opus eſſe ſuaſoriis propter quas dixi ſupra cauſas: ita cur initium furioſo ſit exclamandum: non intelligo: cum propoſita conſultatiōe rogatus ſententiam: ſi modo eſt ſanus: non quæritet: ſed q̄ maxime poteſt ciuili & humāo ingreſſu mereri aſſenſum deliberantis uelit. Cur igitur torrēs: & utiq; equaliter concitata ſit in ea dicentis oratio? Cum uel pręcipue moderationem: rationemq; conſilia deſiderent? Neq; ego negauerim ſæpius ſubſidere in controuerſiis impetum dicendi prohœmio: narratione: argumentis: quæ ſi detrahas: id fere ſupererit: quo ſuaſorie cōſtant. Verum id quoq; æqualius erit: non tumultuoſius atq; turbidius. Verborum autem magnificentia non ualidius eſt affectanda ſuaſorias declamantibus: ſed contigit magis. Nam & perſonæ fere magnæ fingentibus placent regum: principum: populi: ſenatus: & res ampliores: ita cum uerba rebus aptentur: ipſo materiæ nitore clareſcunt. Alia ueris cōſiliis ratio eſt. Ideoq; theophraſtus q̄ maxie remotū ab oī affectatiōe in dęliberatiuo genere uoluit eē ſermonē: ſecut⁹ i hoc auctoritatē p̄ceptoris ſui: q̄q; diſſētiē ab eo nō timid ſolet. Náq; ariſtoteles idoneā maxie ad ſctibēdū dmō ſtratiuā: ꝓximāq; ab eo iudicialē putauit: uidlicet quōiā ꝓ illa to

ta esset ostentationis. hęc secunda egeret artis uel ad fallendum: si ita popoſciſſet utilitas. consilia fide prudentiaque cõstarent. Quibus in demonstratiua consentio. Nam & omnes alii scriptores idẽ tradiderunt. In iudiciis autem consiliisq; secundũ conditionẽ ipsi9: quæ tractabitur rei accõmodatam dicendi credo rationem. Nam & philippicas Demosthenis iisdem quibus habitas in iudiciis orationes uideo eminere uirtutibus. Et Ciceronis sententiæ & concio nes nõ minus clarũ q̃ est in accusationibus ac defensionib9 eloquẽtiæ lumen ostendũt. Dicit tamẽ de suasoria idẽ hoc mõ. Tota aũt oõ simplex & grauis: & sententiis debet ornatior ęẽ q̃ uerbis. Vsũ exẽplorũ nõnulli materiæ magis cõuenire merito fere oẽs cõsentiũt: cũ plerũq; uideãtur respõdere futura præteritis. Habeaturq; experimentũ uelut quoddã rõnis testimoniũ. Breuitas quoq; aut copia nõ genere materiæ: sed mõ constãt. Nã ut in cõsiliis plerũq; simplicior quęstio est: ita sæpe in causis minor. Quæ oia uera esse sciet: siquis nõ orõnes mõ: sed historias etiã. Nãq; in his conciones atq; sententiæ plerũq; suadendi ac dissuadendi funguntur officio: le gere maluerit: q̃ in cõmentariis rhętorum consenescere. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia: & cõcitatius sæpe in iudiciis dictum: & uerba aptata rebus in utroq; genere: & breuiores aliquando causarum orationes q̃ sententiarum. Nę illa quidem in iis uitia deprehendet: quibus quidam declamatores laborant: quod & cõtra sentientibus in humane conuiciantur: & ita plerunq; dicunt: tã quam ab iis qui deliberant utiq; dissentiant. Iraque obiurgantibus similiores sunt q̃ suadentibus. Hęc adolescentes sibi scripta sciant: ne aliter q̃ dicturi sint: exerceri uelint: & in dissuadendis morẽtur. Cęterum cum aduocari cęperint in consilia amicorum. dicere sententiam in senatu. suadere siquid cõsulęt princeps: quod pręceptis fortasse non credunt: usu docebuntur.

De partibus causarum iudicialium.

Vnc de iudiciali genere quod ẽ pręcipue multiplex: sed officiis constat duobus intentionis ac depulsionis: cuius partes: ut plurimis auctoribus placuit: quinq; sunt ꝓhœmiũ. narratio. probatio. refutatio. peroratio. His adiecerũt quidã partitionem. propositionem: excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere quidẽ quæ sis probaturus nęcesse est: sed & concludere. Cur igitur si illa par causę est: nõ & hęc sit? Partitio uero dispositionis est species. ipsa dispositio pars rhetorices: & per oẽs materias totũq; earum corpus æqualiter fusa: sicut inuentio. elocutio. Ideoq; eam non orationis totius partẽ unã esse credẽdũ est: sed quęstionũ etiã singularũ. q̃ est quęstio in qua non promittere possit orator: quid primo. quid secundo. quid tertio sit loco dicturus? qd̃ est proprium partitionis. Quã ergo ridiculũ est

Accõmodandam dicendi credo orationem. Rationem legẽdum esse satis constat. Et Ciceronis sentẽtię & concio nes Cicerõis sententias Fabius uocat orationes quas Cicero i Senatu habuit: cõtiones uero quas ad populum: qualis fuit pro lege Manilia. Tota aũt oratio simplex & grauis. Hæc in patitioni bus oratoriis leguntur.

Vsum exemplor: nõ nulli materię magis conuẽire merito fere omnes consentiunt Aut nõ particula est expungẽda: aut ulli legendum: ut sit aut nulli materiæ aut nõ ulli quod idẽ recidit. Et in dissuadẽdis morent. Porro dissuedendis mihi desuescendis legendũ uidet: perinde: ac si diceret dediscendis.

Vnc de iudiciali generẽ. Iudicialium causarum diuisionem ita subiicit: ut uarias Priscorum rhetorum de earũ partibus opiniones exponat: quibusq; non assentitur perspicue refellit. Sed officiis constat duobus intentionis ac depulsiõis. Intentio est oratio crimẽ debitúue alicui obiiciens Depulsio est oratio qua crimen debitumue obiectum rapelimus. Quæ ẽ quęstio in qua nõ ꝓmittere possit orator. Cum dicti superioris assignet rationem: nãq; particula mihi ascribenda uidenr ut legat. Quę nãq; ẽ qõ.

Sed ante omnia intue ri oportet. quid ſit cauſæ genus. Quod nō qd le/ gēdū eſſe facile eſt uideꝛ. Non. n. qd ſit cauſæ ge/ nus cōſiderat orator: cū ſibi agēda cauſa propo/ nitur: ſed quod ſit cauſæ ipſius propoſitæ genus: hoc eſt demonſtratiuum an deliberatiuū an iudi/ ciale. Quid in ea quæ ratur: hoc eſt quę ſit in ea quæſtio & ſtatus. Nam ut cōferri materiam om nem & quid quoq; ſit o pus cōſtare debet. Opor tet uerbū mihi uidetur a ſcribendum nec non lo/ co ablatiuus adiiciendus hoc modo. Nā ut cōfer ri materiā omnem opor tet: & qd quoq; loco ſit opus conſtare. Hoc au tem idē & Cicero in pri mo rhetoricoꝝ ꝓcipit. In rhetoricis aūt ad He rēniū puerſe de exordiis prius q̄ de ſtatibus ꝓce/ pta tradunt. Ex quo uel ſolo facile colligitur opu ſculum illud non eſſe Ci ceronis. Nec denicq; ars illa cōſumat ibi unde or diendum eſt. Vlla legen dū eſſe nemo dubitat.

Aeterum cauſa oīs. Cauſaꝝ iu/ dicialiū diuiſio nem ita ſubiicit Fabius: multa iis adiiciat: quæ a Ciceroe uariis in locis & hac eadē re traduntur.

Quoniā prętor certa lege ſortit. hoc eſt ꝓtor determiata lege de homi cidio uel ſacrilegio ſimi libuſue iudicia conſtitu/ it. Priuata quoq; iudi cia ſępe unū iudicē habe re multis & diuerſis for/ mulis ſolēt. Formulæ di cuntur cōceptiones quæ dam petitionum: q nūc libelli uulgo appellātur. vñ & formularii ſūt dicti.

quæſtionem quidē ſpeciem eſſe probationis: partitionem autem quæ ſit ſpecies quęſtionis partem totius oratiōis uocari? Egreſſio uero uel quod uſitatius eē cœpit exceſſus: ſiue eſt extra cauſam nō poteſt eſſe pars cauſæ: ſiuę eſt in cauſa: adiutorium uel ornamen) tum partium earum eſt: ex quibus egreditur. Nam ſi quicquid in cauſa eſt: pars cauſę uocabitur: cur non argumentum: ſimilitudo: locus communis. affectus exempla partes uocentur? Tamen nec iis aſſentior: qui detrahunt refutationem tanq̄ probationi ſubiectā ut Ariſtoteles. Hęc enim ē quę cōſtituat: illa quę deſtruat. Hoc quoq; idem aliquatenus nouat: q̄ phęmio non narrationē ſubiū git: ſed propoſitionem. Verum id facit: quia propoſitio genuſ: nar ratio ſpeties uidetur: & hac non ſemper: illa ſemper & ubiq; credit opus eſſe. Verum ex his quas conſtitui partibus: non ut quicque primum dicendum: ita primum cogitandum eſt. Sed ante omnia intueri oportet: quod ſi genus cauſę: quid in ea quęratur: quę pro ſint: quę noceant: deinde quid confirmandum ſit atq; refellēdum ſit: tum quomodo narrandum. Expoſitio enim probationum eſt pręparatio: nec eſſe utilis poteſt: niſi prius conſtiterit: quid debeat de probatione promittere. Poſtremo intuendum quēadmodum iudex ſit conciliandus: nec enim niſi totis cauſę partibus diligēter inſpectis ſcire poſſimus: qualem nobis facere animum cognoſcen tis expediat: ſęuerum an mitem: concitatum an remiſſum. aduer/ ſum gratię an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim: q ſcri bēdum quodq; prohœmium nouiſſime putant. Nam ut conferri materiam omnem: & quid quoq; ſit opus cōſtare debet: anteq̄ di/ cere aut ſcribere ordiamur ita incipiendum ab iis quę prima ſunt: nam nec pingere quiſq̄ aut fingere cœpit a pedibus. Nęc denique ars illa conſumatur ibi: unde ordiendum eſt. Quid fiet alioquin ſi ſpacium componendi orationem ſtilo non fuerit: nōne nos hęc in uerſa conſuętudo dęceperit? Inſpicienda igitur materia eſt quo p̄ cipimus ordine: ſcribenda quo dicimus.

De generibus.

Aeterum cauſa omnis: in qua pars altera agentis eſt: alte
'c ra recuſantis: aut unius rei controuerſia conſtat: aut pluri um. Hęc ſimplex dicitur: illa coniuncta. Vna controuer ſia eſt per ſe furti: per ſe adulterii: plures aut eiuſdem generis: ut in pecuniis repetundis: aut diuerſi: ut ſiquis ſacrilegii & homicidii ſi mul acculetur: quod nunc in publicis iudiciis non accidit: quoniā prętor certa lege ſortitur: principum autem & ſenatus cognitioni bus frequēs eſt & populi fuit: priuata quoq; iudicia ſępe unū iudi/ cē habere multis & diuerſis formulis ſolēt: nec alię ſpeties erūt: eti am ſi unus a duobus dumtaxat eandem rem atq; ex eadem cauſa petęt: aut duo ab uno: aut plurę a pluribus: quod accidere in

Sicut diuinationes: quæ fiunt de accusatore constituendo. Diuinatio: ut inquit Pædianus dicitur oratio in qua non de facto quæritur coniecturas: sed de futuro: quæ est diuinatio: qualis est prima in Verrem: uter debeat accusáre Cicero an Cecilius. Alii ideo putant diuinationem dici quod in iurati iudices in eiusmodi causa sedeant: & quod uelint decernere de utroq; possint: alii quod res agat sine testibus & sine tabulis & his remotis argumenta sola sequant iudices & quasi diuinet. Quæ ΑΝΤΙΚΑΤΗΓΟΡΙΑ uocatur ΑΝΤΙΚΑΤΗΓΟΡΙΑ recriminatio transferri potest. Sed dicit mutua accusatio: cuius duas esse species Fabius pspicue exponit. Duo ergo erũt genera eiꝰ. Ergo particula ut redũdás mihi uidetur expungenda.

hæreditariis litibus interim scimus. quia quamuis in multis personis causa tamẽ una est: nisi conditio personarum quęstiones uariauerit. Diuersum his tertium genus quod dicitur comparatiuum: cuius rei tractatus in parte causæ frequens est: ut cum apud centũuiros post alia quęritur & hoc: uter dignior hereditate sit. Rarum est autem ut in foro iudicia propter id solum constituãtur: sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo: & nonnunq; inter delatores. uter premium meruerit. Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem quæ ΑΝΤΙΚΑΤΗΓΟΡΙΑ uocatur: aliis uidelicet succedere hanc quoque comparatiuo generi existimantibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissime. Id si & ipsum uocari debet ΑΝΤΙΚΑΤΗΓΟΡΙΑ: nam proprio caret nomine: duo ergo erunt genera eius: alterum quo litigatores idem crimen inuicem intentãt: alterum quo aliud atque aliud. Cui & petitionum conditio par est. Cum apparuerit genus causæ: tum intuebimur: negetur ne factum: quod intendi/tur. an defendatur. an alio nomine appelletur. an a genere actiõis: unde sunt status.

Quid & quæ sit ratio. iudicatio: continẽs: & q̃tenus necessaria.

h Is inuentis intuendum deinceps Hermagoræ uidetur: quid sit quęstio. ratio. iudicatio. cõtinens: ideſt σύνεχον uel ut alii uocant firmamentum. Quęstio latius intelligitur omnis de qua in utrãq; partẽ uel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem matetia dupliciter accipiẽda est: altero modo quo dicimus multas quęstiones habere cõtrouersiam: quo etiam minores omnes complectimur: altero quo significamus summam illam: in qua causa uertitur: de hac nunc loquor: ex qua nascitur status. an factum sit. quid factum sit. an recte factum sit. Has Hermagoras & Appollodorus & alii plurimi scriptores proprie qõnes uocãt. Theodorus: ut dixi: capita generalia: sicut illas minores: aut ex illis pẽdẽtes specialia. Nã & qõnẽ ex qõne nasci: & spẽm in spẽs diuidi cõuenit. Hãc igitur quęstionẽ ueluti principalẽ uocãt ΘΕΤΙΚΗΝ. Ratio autem est. qua id quod factũ esse cõstat defenditur. & cur nõ utamur eodem quo sunt usi fere omnes exemplo? Horestes matrem occidit. Hoc constat. dicit se iuste fecisse. status erit qualitatis. quęstio an iuste fecerit. Ratio q̃ Clytẽnestra maritũ suũ patrẽ Horestis occidit: hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον autem iudicatio. an oportuerit nel nocentem matrem a filio occidi.

Cui & petitionũ cõditio pars est. Par littera erasa legendũ esse manifestius est: q̃ ut sit admonendũ. Ana genere actionis: Vnde sunt status. Repellat ascribendũ est ut sit an a genere actiõis repellatur.

Is inuentis Hermagoræ diligẽtis qdẽ rhetoris affectatã subtilitatẽ ac in particulas nimiũ minutas concisionẽ primũ exponit Fabius: deindere/prehẽdit adeo apte ut nihil enarratiõe sit opus.

Quid sit q̃stio. Quæ nõ qd mihi legẽdũ uidetur. Non. n. d̃finitionẽ q̃stiõis ratiõisq; & q̃ sequũt inuestigãdá oratori: ut Hermagoras sed eẽ intuẽdũ q̃ in causa ppo sita sit q̃stio: q̃ ratio & q̃ sequũt. Vt aũt hæc oratori sunt cõsideranda sic rhetori definiẽda. Quęstio latius intelligit omnis. Quæstio ut ingt Boethus ẽ in dubitationem ambiguitatẽq; adducta ppositio: ut si quæratur. An terra sit nec ne rotunda. Et speciẽ in species diuidi cõuenit. Dialecti ci qdẽ in indiuidua speciẽ diuidũ: in alias uero species didi non posse aiũt: nisi loco generis ponat: ut animal corporis animati species in hominem: leonem: equum diuidit. Homo uero in alias spẽs diuidi nõ põt. cæterũ Fabius spẽm p gñe posuisse uidetur.

Hãc igitur quęstonẽ ueluti principalem ζητημα uocãt ζητημα quę stio dicitur ἀπο του ζητειν hoc est a quęrendo. Hoc αἰτιον dicitur: ιτιον causa transferẽ: ut αἰτια. Sunt.n.eiusdẽ rei nomina diuersa: quę nonnulli asserant ea differre. Sed Fabius eorum opinionem improbari uidetur. κρινομενον aũt iudicatio κρινομενον ad uerbum interpretat iudicatum ἀπο του κρινειν hoc est a iudicãdo.

Vt in eo qui cum adulteram deprehẽsam occidisset. Hoc uidetur esse thema declamatorium: tametsi uera quoq; causa forsitan fuit. Legẽ.n. cauetur: ut qui adulterũ cum adultera deprẽhenderit: dum utrunq; corpus interficiat sine fraude sit. Quidam adultęrę cum adultera deprẽhensum domi interficere nõ potuit: adulteram autẽ e uestigio interfecit. Adulterum deinde in foro inuentum occidit. συνεχον autẽ quod ut dixi. συνεχον proprie continens interpretatur. Nã συνεχω contineo significat: uarijs autem nominibus a latinis rhetoribus appellatur. Quibusdam id quod ad iudicationem firmissimã affertur. Firmissimum legẽdum esse constat. Aut ubi causa tractatur. At legendum est quãuis exẽplaria refragẽtur: ita sensu exposcente.

Quidam diuiserunt αἰτιον & αἰτιαν: ut esset altera propter quã iudicium constitutum est: ut occisa Clytẽnestra. altera qua factum defenditur: ut occisus Agamemnon. Sed tanta est circa uerba dissentio: ut alii αἰτιαν causam iudicii. αἰτιον autem facti uocent. alii eandem in contrarium uertant. Latinorum quidam hęc initium & rationem uocauerunt. quidam utrunq; eodem nomine appellant. Causa quoque ex causa: ideſt αἰτιον ex αἰτιου nasci uidetur: qnale est occidit Agamemnonem Clitẽnestra: quia ille filiam cõmunẽ immolauerat: & captiuam pellicem adducebat. Idem putant & sub una quæstione plures esse rationes: ut si Horestes & alteram afferat causam matris necatæ: quod responsis sit impulsus. Quot autem causas faciendi totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio. an responsis parere debuerit. Sed & una causa plures habere quęstiones & iudicationes: ut ego arbitror: potest: ut in eo qui cum adulteram deprehensam occidisset: adulterum qui tum effugerat: postea in foro occidit. Causa est una. adulter fuit. quæstiones & iudicationes. an illo tempore. an illo loco licuerit occidęre. Sed sicut cum sint plures quæstiones: omnesque suos status habeant: causæ tamen status unus sit: ad quem referantur omnia: ita iudicatio maxime propria: de qua pronunciatur συνεχον autem quod: ut dixi: continens alii: firmamentum alii putant. Cicero firmissimam argumentationem defensoris & appositissimam adiudicationem: Quibusdam id uidetur esse: post quod nihil quæritur: quibusdam id quod adiudicationem firmissam affertur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi ubi factum negatur? aut ubi causa tractatur? negant eodem loco esse iudicationem: quo quęstionem: idque & in rhetoricis Cicero & in partitionibus dicit. Nam & in coniectura est quæstio: ex illo factum non factum: an factum sit. ibi ergo iudicatio: ubi quæstio: quia in eadem re prima quæstio & extręma disceptatio. At in qualitate matrem Horestes occidit. recte non recte. an recte occiderit. quęstio. nec statim iudicatio. quando ergo? illa patrem meũ occiderat. sed non ideo tu matrem debuisti occidęre. an debuerit: hic iudicatio. Firmamentum autem uerbis ipsius ponam: si uelit Horestes dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suum. in se ipsum: ac sorores. in regnum. in famam generis: ac familiæ: ut merito ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Vtuntur alii & talibus exemplis qui bona paterna consumpserit ne concionetur. in opera publica consumpsit. quęstio. an quisquis cõsumpserit: phibendus sit. iudicatio: an qui sic: uelut in cã militis Arũci: qui Lusium tribunũ uim sibi inferentem interfecit: quęstio an iure fecerit. ratio. quod is uim afferebat. iudicatio. an indemnatũ. an tribunum a militę occidi oportuerit: alterius etiã status quęstionem:

ac gestus modestus: & sedẽs humero toga: & laterum lenis in utrã que partem motus eodem spectantibus oculis decebit. Narratio magis prolatam manum. amictum recidentem. gestum distinctum. uocem sermoni proximam: ac tantum apertiorem. sonum simplicem frequentissime postulabit. in his dumtaxat. Quigitur Ligarius cum esset nulla belli suscipio: &. A. Cluentius habitus pater huiusce. Aliud in eadem poscent affectus uel concitati. Nubit genero socrus. uel flebiles. Constituitur in foro Iodiceæ spectaculũ acerbũ & miserũ toti asiæ prouinciæ. Maxime uaria & multiplex actio est probationũ. Nam proponere. partiri. interrogare sermoni sunt proxima: & contradictiõem sumere. Nam ea quoq; diuersa propositio est. Sed hęc tamen aliquando irridentes. aliquando imitantes pronunciamus. Argumentatio plerũq; agilior & acrior & instantior consentientem orationi postulat etiam gestũ idest fortem celeritatem. Instandũ quibusdam in partibus: & dẽsanda oratio. Egressiones fere lenes & dulces & remissæ. raptus Proserpinę. siciliæ descriptio. Gn. Pompeii laus. Neq; enim mirũ minus habere contentionis ea quæ sunt extra quęstionem. Mollior nõnũq; cũ reprehensione diuersæ partis imitatio. Video uidere alios intrantes. alios aũt exeũtes. quosdam ex uino uaciliantes. Vbi non dissidens a uoce permittit ẽ gestus quoq; in utrãq; partem. tenera quædam: sed intra manus tamen & sine motu laterũ translatio. Accendendi iudicis plures sunt gradus. Summus ille & quo nullus est in oratore acutior. Suscepto bello Cęsar gesto etiã iam ex parte magna. prędixit enim. quantũ potero uoce contendam: ut populus hęc Romanus exaudiat. Paulũ inferior & habens aliquid iam iucũditatis. Quid enim tuus ille Tubero in acię pharsalica: gladius agebat? Plenius adhuc & lentius ideoq; dulcius. In cœtu uero populi Romani negociũ publicũ gerens. Producenda omnia: trahẽ dæq; tum uocales. aperiendęq; sunt fauces: pleniore tamen hęc canali fluunt. Vos albani tumuli atq; luci. Nam cantici quiddam habent: sensimq; resupina sunt. Saxa atq; solitudines uoci respondẽt. Tales sunt illę inclinationes uocis: quas mucem Demosthenes atque Aeschines exprobant: non ideo improbãdæ. Cum enim uterque alteri obiiciat palam est utrunque fecisse. Nam neque ille per marathonis & platearum & salaminis propugnatores recto sono iurauit. nec ille thebas sermone deflęuit. Est his diuersa uox: & pene extra organũ: cui græci nomen amaritudinis dederunt supra modum: ac pene naturam uocis humanæ acerba. Quin compescitis uocem istam indicẽ stultitiæ. testem paucitatis. Sed id quod excedere modum dixi: in illa parte prima est. Quin compescitis. Epilogus si enumęrationem rerũ habęt: desiderat quandam con-

ciſorũ continuationem: ſi ad concitandos iudices eſt accõmoda tus: aliquid ex iis quæ ſupra dixi. Si placandos inclinatam quan/ dam lenitatem: ſi miſericordia commouendos flexũ uocis: & fle/ bilem ſuauitatem: qua pręcipue frangũtur animi: neq; ẽ maxime naturalis. Nam etiam orbos uiduaſq; uideas in ipſis funeribus ca\ noro quodam modo proclamantes. Hic ętiam fuſca illa uox qua lem Cicero fuiſſe in Antonio dicit: mire faciet. Habet enim in ſe quod imitemur. Duplex eſt tamẽ miſeratio: altera cũ inuidia: qua lis modo dicta de damnatione Philodami: altera cum deprecatio ne demiſſior. Quarę etiam ſi eſt in illis quoq; cantus obſcurior. In cœtu uero populi Romani. Non enim hęc rixantis modo di/ xit & uos Albãi tumuli. Neq; n. quaſi inclamaret aut deteſtaretur locutus eſt: tamẽ infinito magis illa flexa & circũdata. Me miſerũ & me infœlicem. Et quid reſpondebo liberis meis: & reuocare tu me in patriam potuiſti Milo pro hos: ego te in eadẽ patria per eoſ dem retinere non potero. Et cũ bona. C. Rabirii uno ſeſtertio ad dicit. O meũ miſerũ acerbũq; preconiũ. Illa quoq; mire facit i per oratione uelut deficientis dolore: & fatigatione cõfeſſio: ut pro eo dem Milone: ſed finis ſit. Neq; enim prę lachrymis iá loq poſſum Quę ſimilem uerbis habere debent etiam pronũtiationẽ. Poſſunt uideri alia quoq; huius partis atq; officii reos excitare: pueros at/ tollere: propinquos producere: ueſtes laniare: ſed ſuo loco dicta ſunt. Et q; in partibus cauſę & aliis eſt uarietas: ſatis apparęt accõ/ modandam ſentẽtiis ipſis pronũciationẽ: ſicut oſtẽdimus. Sed uer bis quoq; qđ nouiſſime dixeram non ſemper: ſed aliquando. An non hęc miſellus & pauperculus ſubmiſſa atq; contracta: fortis & uehemens elatio: erecta & cõcitata uoce dicendũ eſt? Accedit eni uis & proprietas rębus tali adſtipulatione quę niſi adſit: aliud uox aliud animus oſtendat. Quid?q; eadem uerba mutata pronũtiatio ne indicant: affirmant: exprobrant: negant: mirantur: indignãtur: interrogant: irrident: eleuant. Aliter enim dicitur. Tu mihi quod cũq; hoc regni: & cãtãdo tu illũ: & tu ne ille Aeneas: & meq; timo ris argue tu Drancę: & ne morer: intra ſe quiſq; uel hoc uel aliud quod uolet: per omnes affectus uerſet: uerũ eſſe quod dicimus ſci et. Vnũ iam iis adiiciendũ eſt: cũ pręcipue in actione ſpectetur de corum: ſępe aliud aliis decere. Eſt enim latens quędam in hoc ra tio: & inenerrabilis: & ut uere dictum ẽ: caput eſſe artis decere qđ facias. Id ita nec ſine arte eſſe: nec totum arte tradi poteſt. In qui buſdam uirtutes non habent gratiam: in quibuſdam uitia ipſa de/ lectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclẽ placere diuerſis uirtutibus uidimus. Sed illud minus mirũ. q; alter deos & iuuenes: & bonos patres: ſeruoſq;: & matronas: & graues

Si placandos inclinatam quãdam leuitatem. Lenitatem u littera in n mutata eſt legendũ. Nã etiam orbos uiduaſq; uidebas. B. littera expũcta uideas legatur. Tamẽ infinito magis illa flexa & circundata. Circũdu/ ta legendum uidetur.

Et cum bona. C. Ra birii uno ſeſtertio adiicit Addicit duplici dd ẽ ſcri bendum. Si finis ſit. Sed legendum eſſe loco ſi cõ iunctionis: qui legerit p/ oratione pro Milone facile uidebit. Et quia in partib⁹ cauſæ & aliis eſt uarietas. Etiam loco: copulæ mihi legendũ ui/ detur. At non hæc mi ſellus & pauperculus. An T littera in N mutata le gendum eſt. Cum prę cipue in actione ſpectet decorũ. C littera aſcripta decorum mani feſte ẽ le/ gendum. Caput ẽ ar/ tis dicẽ quod facias. De cere i uocali in e conuer/ ſa ſcribendum. Maxi mos auctores comœdia rũ. Recte. V uocali era/ ſa quidam actores legũt.

Et nonnunq̃ dextra latere facere gestus. Dextro legẽdum ne admonendi quidẽ sumus. Affactatiõibus molestemur. Pro affectationib⁹ mihi effictionibus videtur esse legẽdũ: nec ignoro affectionibus aliquibusdam legi. Hic enim ẽ dubitatiões moras. Deprauatis hic locus sic emẽdari potest. Est enim uerbũ uidẽ expũgẽdum & dubitatione littera sera salegẽdũ. Nec uult nimium esse condicta. C. littera expuncta condita mihi legendum uidetur.

Entum est ad partem informaturus hoc ultimo uoluminе oratorẽ Quintilianus & causas difficultatis prętexit: & se potissimum Ciceronem sequi ostẽdit. Fefellit ãt qp̃ initium a paruis cepe ramus. Citra diphthongum ceperamus mihi legendum uidetur: ut intelligatur sumpsi ramus.

anus optime. alter acres senes: cali los seruos: parasitos. lenões: & oia agitatiora melius. Fuit. n. natura diuersa. Nã uox Demetrii iucundior. illius acrior erat. Annotãdæ magis proprietates: q̃ trãsferri non poterãt. Manus iactare: & dulces exclamationes theatri eã producere: & ingrediendo uentũ concipere ueste: & nonnũq̃ dextro latere facere gestus: quod neminem aliũ prẽter Demetriũ decuit. Nãq̃ in hęc omnia statura & mira specie adiuuabatur. Illum cursus & agilitas: & uel parũ conueniens personæ risus: quem nẽ ignarus rationis populo dabat: & cõtracta etiam ceruicula. Quicquid horũ alter feciſſet: fœdiſſimũ uideretur. Quare norit se quisque: nec tantũ ex coibus prẽceptis: sed etiam natura sua capiat consiliũ formandæ actionis. Neq̃ illud tamẽ est nefas: ut aliquem uel oia uel plura deceant. Huius quoq̃ loci clausula sit eadem necesse est: quæ ceterorum est: regnare maxime modũ. Non enim comœdũ esse: sed oratorem uolo. Quare nec in gestu persequẽmur omnes argutias: nec in loquendo distinctionibus. temporibus. affectationibus molestemur: ut si sit in scæna dicendũ. Quid igitur faciam? non eam? ne nũc quidem cũ accersor ultro? an potius ita me comparẽm non perpeti meretricũ contumelias? Hic enim dubitationẽ moras. uocis flexus. uarias manus: diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit nec uult nimium ẽsse condita. Actione enim constat. non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronunciatio multuosa: & gesticulationibus molesta: & uocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex grẽcis ueteres transtulerunt: quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit esse hanc molestam actionem. Optime igitur idem qui omnia Cicero prẽcẽperat: quæ supra ex oratore posui. Quib⁹ similia in Bruto de. M. Antonio dicit. Sed iam recepta ẽst actio paulo agitatior. & iam exigitur: & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda: ne dum actoris captamus elegantiam: perdamus uiri boni & grauis auctoritatẽm.

M. Fabii Quintiliani dẽ institutione oratoria Liber duodecimus.

Entum ẽst ad partem operis destinatilõge grauissimã: Cui⁹eq̃dẽ onus si tãtũ opinione prima cõcipe potuissem: q̃to mẽ p̃mi ferẽs sentio: maturius cõsuluissẽ uires meas. Sed initio pudor omittẽdi q̃ p̃mise rã tẽuit: mox q̃q̃ p̃ singulas quoq̃ ptes labor creſceret: ne pdẽrẽ q̃ iã effecta erãt: poẽs difficultatẽs aio me ſuſtẽtaui. q̃re nũc quoq̃ licẽt maiori q̃ ũq̃ mole p̃mar. ñi p̃

ſpicienti finem mihi conſtitutū eſt uel deficere potius q̄ deſperare. Fefellit autem q̄ initiū a paruis ceperamus. mox uelut aura ſolici/tante prouecti longius: dū tantū nota illa & pleriſq; artiū ſcriptoribuſ tractata pręcipimus: nec adhuc a littore procul uidebamur: & multos circa uelut iiſdem ſe uētis credere auſos habebamus. Iā cū eloquendi rationem nouiſſime repertam pauciſſimiſq; temptatā ingreſſi ſumus: ratis quæ iā procul a portu receſſiſſet rapiebatur. Poſtq̄ uero nobis ille: quem inſtituebamus: orator a dicendi magiſtris dimiſſus: aut ſuo iam impętu fertur: aut maiora ſibi auxilia ex ipſis ſapientiæ penetralibus petit: q̄ in altū ſimus ablati: ſentire cœpimus. Nūc cælū undiq; & undiq; pōtus. Vnū modo in illa immenſa uaciſtate cernere uidemur. M. Tulliū: qui tamen ipſe q̄uis tanta atq; ita inſtructa naue hoc mare ingreſſus: contrahit uęla: inhibętq; remos: & de ipſo demū genere dicendi: quo ſit uſurus perfectus orator: ſatis habet dicere. At noſtra temeritas etiam mores ei conabitur dare: & aſſignabit officia: ita nec antecedentem conſequi poſſumus: & lōgius eundū eſt. Vt res feret: probabilis tū cupiditas honeſtorū: & tutioris audaciæ eſt tęptarę: quibus paratior uenia eſt.

Non poſſe oratorem niſi uirum bonum eſſe.

It ergo nobis orator: quem inſtituimus: is qui a. M. Catone finitur: uir bonus dicendi peritus. uerum id qđ ille poſuit prius: & ipſa natura potius ac maius ē utiq; uir bonus: id non eo tantum: qđ ſi uis illa dicēdi malitiam inſtruxerit: nihil ſit publicis priuatiſq; rebus pernicioſius eloquentia: noſq; ipſi q pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati ſumus: pęſſime mereamur de rebus humanis: ſi latroni comparemus hęc arma. non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipa natura in eo quo pręcipue indulſiſſe homini uidetur quoq; nos a cęteris animalibus ſeparaſſe: non parens: ſed nouerca fuerit: ſi facultatem dicendi ſocia ſcelerū. aduerſam innocentiæ. hoſtem ueritatis inuenit. Mutos enim naſci & egere omni ratione ſatius fuiſſet: q̄ prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tendit hoc iudicium meū. Neq; enim tantū id dico: eum qui ſit orator: uirum bonū eſſe oportere: ſed ne futurū quidem oratorē niſi uirum bonū. Nam certę nec intelligentiam cōceſſeris iis: qui propoſita honeſtorū ac turpium uia peiorem ſequi malunt neq; prudentiam: cum grauiſſimas frequenter legum: ſemper uero malæ conſcientiæ pœnas a ſemetipſis improuiſo rerum exitu induantur. Quod ſi neminem malum eē niſi ſtultum eundem non modo a ſapientibus dicitur: ſed uulgo quoque ſemper eſt creditum: certe nō fiet unquā ſtultus orator. Adde q̄ ne ſtudio quidē operis pulcherrimi uacare mens niſi omnibus uitiis libera poteſt.

Quā in altum ſumus ablati. V. uocali in i conuerſa ſimus recte legitur.

It igitur orator s quem conſtituimus. Loco illi⁹ prepoſitionis cō aſcribēda in uidetur: ut inſtituimus legatur. Colligit autem Fabius non poſſe eſſe niſi bonum uirū oratorem. Id non eo tantū quod ſi uis iſta dicendi maliciam inſtruxerit. Hic locus ad ſēſus abſolutionem aut ſpectat uerbum aut ſimile dēſiderat: ut certe loco illius quod reponendum contenderim ut legaſ: hoc modo. Id nō eo tātum: ut ſi uis iſta dicendi malitiam inſtruxerit: nihil ſit publicis: priuatiſq; rebus pernicioſi⁹ eloquentia. Rerum ipſa natura in eo quo pcipue indulſiſſe homini uidetur: nos quoq; a cæteris animalibus ſeparaſſe non parens: ſed nouerca fuerit. Semidocti alicui⁹ temeritate factum eſt: ut hic ſenſus ex apto & cādido obſcurior difficiliorq; redderetur. Is enim quicunq; fuerit: putauit illud quoq; cōiunctionē eſſe ordinis ſubiunctiui: eoq; illi pronomini nos ſubiiciendam: non animaduertens hoc loco eē ablatiuum cum illa quæ copula colligatum: ac id circo ante illud pronom nos col egādum: ut quo modo Fabius ſcriptum reliquit: ſic legaſ. Quoque nos a cæteris animalibus ſeparaſſe.

Quod si agrorum nimia cura. Sic quidem legitur & recte omnib⁹ fere legi uidet' : sed parum Fabii propositio nimia agrorum cura conuenire uidetur : neque enim de rusticis : sed de urbanis hic uerba fiunt : ac de iis demum qui arti oratorię studeant: qui certe in ● é dis agris minime solent occupari. Quare loco agrorum ausim cõtendere corporum esse legẽdũ quamuis nulla mihi exẽplaria astipulẽtur. Nã & cum insidiatur prę curis. Spe loco illius prępositionis præ est legendũ.

Etiam cum sceleris cõpos fuerit. Eleganter loquendi ratio exposcit ut loco illius etiam copula: & repõatur : hoc modo & cum sceleris compos fuerit. Non hercle magis q̃ frugib⁹ interea sentibus ac rubis occupata. In terra legẽdum esse ne admonitione quidẽ ídiget quisquam. Deniq; ut maximam partẽ quæstionis eximiam demus Sic quidem legitur: sed i uocali erasa eximam : ut legatur sensus exposcit.

At malis hominibus ex conceptu opiniõnis. Pro conceptu recte quidam legunt contemptu. Mali enim negligunt hominũ de se opinionem.

Primum q̃ in eodẽ pectore nullũ est honestorũ turpiũq; cõfortiũ: & cogitare optima simul & deterrima nõ magis est unius aí: q̃ eiusdem hominis bonũ esse ac malum. tum illa quoq; ex causa: q̃ mẽtem tantæ rei intentam uocare omnibus aliis: etiam culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera: ac tota: nulla distringente: atq; alio ducente causa spectabit id solum: ad quod accingitur. Quod si agrorum nimia cura: & sollicitior rei familiaris diligẽtia: uenandi uoluptas: & dati spectaculis dies : multum studiis ausferunt. Huic enim rei perit tempus quodcũq; alteri datur: quid putamus facturas cupiditatem. auaritiam. inuidiam? quarum impotentissimæ cogitationes somnos etiam ipsos: & illa per quietem usa perturbãt? Nihil est enim tam occupatum. tam multiforme: tot ac tam uariis affectibus concisum atque laceratum: q̃ mala mens. Nam & cum insidiatur spe. curis. labore distringitur : etiam cum sceleris compos fuerit: sollicitudine. pœnitentia. pœnarum omniũ expectatione torquetur. Quis inter hęc litteris: aut ulli bonæ arti cultus? non hercle magis q̃ frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Age non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine aut luxuria spei? Non pręcipue acuit ad cupiditatem litterarum amor laudis? Num igitur malis esse laudem curæ putamus? Iam hoc quis non uidet maximam partem orationis in tractatu æqui boniq; consistere? Dicet nę de iis secundum debitam rerum dignitatem malus atq; iniquus? Deniq; ut maximam partem quæstiõis eximam: demus: id quod nullo modo fieri potest: idem ingenii. studii. doctrinæ pessimo atque optimo uiro. Vter melior dicetur orator? nimirum q̃ homo quoque melior. Non igitur unq̃ malus idem homo & perfectus orator. Non enim perfectum quicq̃: quo melius est aliud. Sed ne more socraticorum nobismet ipis responsum finxisse uideamur: sit aliquis adeo contra ueritatem obstinatus: ut audeat dicere eodem ingenio. studio. doctrina præditum nihilo deteriorem futurum oratorem malum uirum q̃ bonum. Conuincamus huius quoq; amẽtiam. Nam hoc certe nemo dubitabit: omnem oratorem id agere ut iudici quæ proposita fuerint: uera & honesta uideãtur. Vtrum igitur hoc facilius bonus uir persuadebit: an malus? bonus quidem & dicet sępius uera atque honesta. Sed etiam siquando aliquo ductus officio: quod accidere: ut mox docębimus: potest falso hęc affirmare conabitur: maiore cum fide necesse est audiatur. At malis hominibus ex conceptu opinionis & ignorantia recti nonnunq̃ excidit ipsa simulatio. Inde immodeste proponunt. sine pudore affirmant. Sequitur in iis quæ certum est effici non posse: deformis pertinacia & irritus labor. Nam sicut in uita ita in causis quoq; spes improbas hẽnt. Frequenter aũt accidit. ut iis ẽt uera dicẽtibus fides desit:

Videaturq; talis aduocatus malæ cauſæ augumentum. Argumentum ſenſus expoſcit: non augumentum. Atq; huius quoq; mores multi reprehendunt. At qui e uocali in i conuerſa eſt legendum. Mihi enim nec Demoſthenes tam graui morum dignus uidetur inuidia. Illa particula enim mihi redundare eoq; expungenda uidetur. Demoſthenes aũt: ut ex Plutarcho colligi licet: niſi pecunia uictus Harpali cauſam deſeruiſſet: aliaſq; pro didiſſet: facile inter bonos uiros habitus fuiſſet. Nam græciæ libertatem aduerſus & Philippum & Alexãdrũ: & alios tyrãnos uſq; ad ultimũ uitæ diẽ cõſtãtiſſime tutat⁹ fuiſſe narrat. Sũpto ãt ueneo piit hac de cã. Cũ poſt Alexandri mortem nunciatum eſſet Antipatrũ: & Craterum Athẽas ad uẽtare. Demoſthenes: & quicum illo ſentiebant: urbe profugerunt. Populus uero auctore Demade capitis eos cõdẽnauit. His igitur uarie diſpſis: miſſi ab Antipatro ſatellites: quoq; Archias tragœdiaq; actor princeps erat: illos ſunt perſecuti. Qui poſt alios ſiterfectoſ cum Demoſthenẽ accepiſſet in Calauriã inſulã ad tẽplum Neptuni confugiſſe: illuc nauigauit ac tẽplum ingreſſus primo ſuadere Demoſtheni cœpit: ut una ſecũ ad Antipatrum ſe cõferret nihil moleſti ab illo perpeſſurus. Cui reſpondens Demoſthenes. Nihil eſt Archia i quit quod coneriſ Neq; enim in ſcæna mihi unq; placuiſti minus: neq; nũc perſuadebis Legatus. Cum antẽ Archias ſe per uim detracturũ eſſe minaretur. Tandem inquit Macedonica oracula aperuiſti. Nam priꝰ quidem tãquam hiſtrio ſimulabas. Verũ age paumper expecta dum pauca domeſticis ſcribo: ſi locutus ſumpto libro tã quam ſcribere uellet calamũ ori admouit: ac mordicus tenuit: ut in cogitãdo ſcribendoque facere ſolebat. Deinde caput ueſte degẽs ſe inclinauit: & cum ab ara retraheretur cecidit ſuſpiranſque animam emiſit. Quo modo ſtoici ſi iterrogarẽt. Interrogentur a & r lris expunctis eſt legendum.

uideaturq; talis aduocatus malæ cauſæ argumentũ. Nũc dę iis dicendũ eſt: quæ mihi quaſi conſpiratione quadã uulgi reclamari uidentur. Orator ergo Demoſthenes non fuit? atq; malũ uirũ accipimus. Non Cicero? atq; huius quoq; mores multi reprehẽderunt. Quid agã? magna reſponſi inuidia ſubeũda. mitigãdæ ſunt prius aures. Mihi. n. nec Demoſthenes tam graui morũ dignus uidetur inuidia: ut oia q̃ in eũ ab inimicis cõgeſta ſunt credã: cũ & pulcherrima eius reip. cõſilia: & finẽ uitę clarũ legã. Nec. M. Tullio defuiſſe uideo in ulla parte ciuis optimi uolũtatem. Teſtimonio ẽ actus nobiliſſime conſulatus. integerrimę prouincia adminiſtrata: & repudiatus uigintiuiratus: & ciuilib⁹ bellis q̃ in ętate eius grauiſſima inciderũt: neq; ſpe: neq; metu declinatus aĩus: quo minus optimis partibus rei. p. ſe iũgeret. Parũ fortis uidẽ q̃buſdam: q̃bus optime reſpondit ipſe: nõ ſe timidũ in ſuſcipiendis: ſed in prouidendis periculis. qd' probauit morte quoq; ipſa: quam prę̃ſtantiſſimo ſuſcepit animo. Quod ſi defuit iis uiris ſũma uirtus: ſic quęrentibus an oratores fuerint: reſpõdebo quomodo ſtoici. ſi interrogarentur: an ſapiens Zeno. an Cleãthes. an Chryſippus: ipſi reſpõdeant magnos quidem illos ac uenerabiles: non tamẽ id quod natura hominis ſũmum habębat cõſecutos. Nã, & Pythagoras nõ ſapientẽ ſe: ut & q̃ ante eum fuerũt: ſed ſtudioſum ſapientiæ uocari uoluit. Ego tamẽ ſecundũ cõem loquendi cõſuetudinẽ ſæpe dixi dicãq; pfectũ oratorẽ ęſſę Ciceronẽ: ut amicos & bonos uiros & prudẽtiſſimos dicimus uulgo: quorũ nihil niſi pfectę ſapienti dat. Sed cũ ꝓprie & ad legẽ ipſam ueritatis loquẽdũ erit: eũ. q̃ram oratorẽ quẽ & ille q̃rebat. Quanq̃. n. ſtetiſſe eũ in faſtigio eloquentię fateor: ac uix quid adiici potuerit inuenio: fortaſſe inuenturus quid adhuc abſciſſurũ putem fuiſſe. Nam fere ſic docti iudicauerunt plurimum in eo uirtutũ. non nihil fuiſſe uiciorum: & ſe ipſe multa ex illa iuuenili abũdantia coercuiſſe teſtatur. tamen quando nec ſapientis ſibi nomen minime ſui contemptor aſſeruit: & melius dicere certe data lõgiore uita: ætate ad componendum ſecuriore potuiſſęt: non maligne crediderim defuiſſe ei ſummam illam ad quam nemo propius accęſſit. Et licebat ſi aliud ſentirem fortius id liberiuſque defendere. An uero. M. Antonius neminem a ſe uiſum eloquentem: quod tanto minus erat profeſſus eſt? Ipe etiam. M. Tullius quęrit adhuc eũ: & tãtũ imaginatur ac fingit. Ego nõ audẽa dicere aliqd in hac quæ ſupereſt: ætermitatę inuęniri poſſę: eo qd' fuerit perfę/

Nam & Pythagoras nō ſapiētē ſe & cęteri: ut loco illius & copulæ reponatur: hoc modo: ut cęteri. Ac uix quid adiici poterit iuenio. Vocali aſcripta potuerit eñ date legitur. Aetate ad componendum ſecuriore. Pro ſecuriore ſi legeretur ſeueriore: ſenſui fortaſſe magis conueniret. Nec Aſinio utiq; qui uitia orationis eius. Vtriq; r littera aſcripta recte legitur: & inſequūtur pro illo cōſequuntur. De patre autem & filio ſentit.

Aut in pecuniariis quęſtionibus ueritati contra calumniam addiderit. Tribus litteris ex hoc ultimo uerbo eraſis aderit manifeſte legendū eſt cū interrogatione. Sūmis ille quidem in iis quoq; fuerit. Sūmus pro ſūmis legendum eſſe nemo nō uidet. Et qd non in bellis quoq;. Et copula: ut redūdans uidetur expungēda. Et honeſti patris imago ſucceſſerit. Caſtigate in quibuſdam exemplaribus loco patris legitur preſens imago. Bonis nūq; honeſtus ſermo deficiet. Vocali in o cōuerſa bonos recte legit: ita uerbo deficio exigēte

Nunq; rerum optimarum. Nam idē etiā prudentes erunt. Inuentioq; etiam ſi lenocinii deſtituta ſit. Lenociniis quidē s. littera aſcripta emēdate in quibuſdam legitur exemplaribꝰ: ſed fœdiora inſunt in hoc loco flagitia: quæ niſi tollantur: & ſenſum: & Fabii elegātiam penitus cōfundūt. Vnius autem particulæ emendatione totus illuſtratur hic locus. Quę. n. copula in quę relatiuum nomen eſt conuertenda ſicq; diſtinctiones adhibentur? Tranſeo illos qui Ciceroni ac Demoſtheni nę in eloquentia quidem ſatis tribuūt. q̄q̄ neq; ipſi Ciceroni Demoſthenes ſatis uideatur eē perfectus: quē dormitare interim dicit: nec Cicero Bruto Caluoq;: qui certe cōpoſitionē illius etiam apud ipſum reprehēdunt: nec Aſinio utiq; qui uitia orōnis eius etiā inimice pluribus in locis conſequitur. Concędamus ſanę qd minime natura patif: reptum eſſe aliquem malū uirū ſummę diſertū: nihilo tamen minus oratorē eū negabo. Nā nec oībus q fuerint manu prōpti: uiri fortis nomē cōceſſerim: qa ſine uirtute intelligi nō pōt fortitudo. Ad q ad defendendas cās aduocatur: nō eſt opus fide: quā nec cupiditas corrūpat. nec gratia auertat. nec metus frāgat? ſed ꝑditorē. trāfugā. prędauaricatorem donabimus oratoris illo ſacro noīe? Quod ſi mediocribus etiā patronis cōuenit hęc: q̄ uulgo dicitur bonitas: cur non orator ille qui nondū fuit: ſed pōt eſſe: tā ſit moribus q̄ dicendi uirtute perfectus? Non enim forenſem quandā inſtituimus operā: nec mercenariā uocē: nec ut aſperioribus uerbis parcamus: non inutilem ſane litium aduocatū: quem deniq; cauſidicū uulgo uocant: ſed uirū cū ingenii natura prędantem tū uero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum: datū tandem rebus humanis: qualem nulla antea uetuſtas cognouerit. ſingulare perfectūq; undiq;. optima ſentientem optimeq; dicentem. In hoc quota pars erit: quod aut innocentes tuebitur: aut improborum ſcelera compeſcet: aut in pecuniariis quęſtionibus ueritati cōtra calūniā aderit? Sūmus ille quidem in iis quoq; fuerit: ſed in maioribus clarius elucebit: cū regenda ſenatus cōſilia: & popularis error ad meliora ducendus. Au non talē quendā uidet finxiſſe Vergilius: quē in ſeditione uulgi iam faces & ſaxa iaculātis: moderatorē dedit animi? Tum pietate grauem ac meritis ſi forte uirū quē conſpexere: ſilēt arrectiſq; auribus adſtant. Habemus igitur āte oía uirū bonū. poſt hęc adiecit dicendi peritū. Ille regit dictis aios & pectora mulcet. Quid? non in bellis quoq; idem ille uir quem inſtituimus: ſi ſit ad prędiū miles cohortandus: ex mediis ſapientiæ præceptis orationē trahet? Nā quo mō pugnā ineuntibus tot ſimul metus laboris. doloris poſtremo mortis ipſius exciderent: niſi in eorū locū pietas & fortitudo & honeſti prędens imago ſucceſſerit? Quæ certe melius perſuadebit aliis: qui prius perſuaſerit ſibi. Prodit enim ſe quālibet cuſtodiatur ſimulatio: nec unquam tanta fuerit eloquēdi facultas: ut non titubet ac hęreat: quotiens ab aio uerba diſſentiūt. Vir autem malus aliud dicat neceſſe eſt q̄ ſentiat. Bonis nunquam honeſtus ſermo deficiet. nunquam rerum optimarum: nam iidem etiā prudentes erunt: inuentio quæ etiam ſi lenociniis deſtituta ſit: ſatis tamen natura ſua ornatur: nec quicquam non diſerte quod honeſte dicitur. Quare iuuentus immo oīs ætas. neq; enim recte uolun

tati ſerum eſt tẽpus ullum: totis mentibus huc tendamus. in hoc elaboremus. forſan & conſumare contingat. Nam ſi natura nõ p/hibet & eſſe uirũ bonũ: & eſſe dicendi peritũ: cur non aliquis etiã unus utrunq; conſequi poſſit? Cur aũt non ſe quiſq; ſperet fore il/lum aliquẽ? ad quod ſi uires ingenii non ſuffecerint: tamen ad quẽ uſq; modũ proceſſerimus: meliores erimus ex utroq;. Hoc certe procul eximatur animo rerũ pulcherrimam eloquentiam cũ uitiis mentis poſſe miſceri: Facultas dicendi ſi in malos incidit: & ipſa iu dicanda eſt malum. peiores enim illos facit: quibus contigit. Vi deor mihi audire quoſdam: nec enim deerũt unq; qui diſerti eſſe: ñ boni malint: illa dicentes. Quid ergo tantũ artis eſt in eloquen/tia? cur tu de coloribus & difficiliũ cauſarum defenſione. non nihil etiam de confeſſo loquutus es? niſi aliquando uis & facultas dicen di expugnat ipſam ueritatem? Bonus enim uir non agit niſi bonas cauſas. eas porro etiam ſine doctrina ſatis per ſe tuetur ueritas ipa. Quibus ego cũ de mẽo primum opere reſpondero: etiam pro bo ni uiri officio: ſiquando eũ ad defenſionem nocentiũ ratio duxerit ſatisfaciam. Pertractare enim quo modo aut pro falſis aut pro iniu ſtis aliquãdo dicatur: non eſt inutile: uel propter ſolum hoc: ut ea facilius & deprehendamus & refellamus: quemadmodũ remedia melius adhibebit: cui nota quæ nocent fuerint. Neque enim Aca demici cũ in utranq; diſſerunt partem: non ſecundum alteram ui uunt. Neq; carneades ille: qui Romæ audiente Cenſorio. Cato/ne: non minoribus uiribus contra iuſtitiam dicitur diſſeruiſſe: quã pridie pro iuſtitia dixerat: iniuſtus ipſe uir fuit. Verum & uirtus quid ſit aduerſa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniqui contem/platione manifeſtior: & plurima contrariis probantur. Debent er/go oratori ſic eſſe aduerſariorum nota cõſilia: ut hoſtium impera/tori. Verũ & illud quod prima propoſitione durum uidetur: po/teſt afferre ratio: ut uir bonus in defenſione cauſæ uelit auferre ali quando iudici ueritatem. Quod ſiquis a me proponi mirabitur. quãquam non eſt hęc mea proprie ſententia: ſed eorum quos gra uiſſimos ſapientię magiſtros: ætas uetus credidit: ſic iudicet: plera que eſſe: quæ non tam factis q; cauſis eorum uel honeſta fiant uel turpia. Nam ſi hominem occidere ſæpe uirtus. liberos necare nõ nunq; pulcherrimũ eſt. aſperiora quędam adhuc dictu: ſi cõmunis utilitas exegerit: facere conceditur: ne hoc quidem nudũ eſt intuẽ dum: qualem cãm uir bonus: ſed etiam qua re & qua mente defen dat. Ac primum cõcedant mihi oẽs oportet: qd ſtoicorum quoq; aſprimi confitentur: facturum aliquando bonũ uirũ: ut mendaciũ dicat. Et quidẽ nounũq; leuioribus cauſis: ut in pueris ægrotanti/bus utilitatis eorum gratia multa fingimus. multa non facturi pro mittimus: nedum ſi ab hominę occidẽdo graſſator auertẽdus ſit:

bendæ: ut intelligamus regẽ optimagẽ inuentio/nẽ nunq; bõis uiris defu turã. Hoc utiq; modo di ſtinguat. Nunq; regẽ op timagẽ (Nã iidẽ ẽt pru/dẽtes erũt) inuẽtio: quæ etiã ſi lenociniis deſtitu/ta ſit. In hac elabore/mus. A uocali in o muta ta hoc legat p hac. Nã ſi natura nõ phibet & eſſe bonũ uirũ: & eſſe dicẽdi pitũ. Illud alterũ eẽ mihi redũdare uidet. Sufficit enim prius ſi ante illã & copulã colloceſ hoc mo do: eſſe & bonũ uirũ: & dicẽdi peritũ. Cõſq; poſ/ſet e uocali in i conuerſa poſſit recte legi. Hoc certe p̃cul eximat aĩogẽ pulcherrimã eloquentiã cũ uitiis mẽtis poſſe mi/ſceri. Deprauatus hic lo/cus ſic mihi uidet corri/gendus: ut non p̃cul: ſed prorſus & aĩo loco aĩogẽ legat: & regẽ genitiuus aſcribat: hoc modo: exi mat aĩo rerũ pulcherri/mã eloquẽtiam ex ſentẽ tia namq; Eurypidis elo quẽtiam regẽ humanarũ reginam ſuperius quoq; Fabios appellauit. Pro tractare. n. quo mõ fuit etiã pro falſis. Pertracta re: quod eſt in frequenti uſu legendum puto non protractare: quod apud quẽquam nõ inueni. Il la quoq; particula etiam ante aut ponat: hoc mo do. Quo modo ẽt aut.

Neq; n. Academici cũ in utramq; dixerũt par/tẽ: nõ ſecũdum alterã ui uunt. X litteræ loco ſſ du plex reponẽdũ eſt: ut diſ ſerũt hoc ẽ diſputãt lega tur. Nec hoc quidẽ nõ dũ eſt intuẽdum. Nudũ in quibuſdam exempla/ribus emẽdate legitur p/illo aduerbio nondum.

Cum uera obiicient. Cum quidē recte fere legi uidetur: sed cui datinū sensus exposcit. Ft aliquando malum ciuem. Loco illius aliquādo recte alioqui legeretur. & copula postposita: hoc modo. Alioqui & malū ciuem. Ad hoc nemo dubitauit: quando nocentes mutari in bonam mentē aliquo mō possit sicut posse interdum cōcedit. saluos esse eos magis erep. sit q̄ puniri. De prauata hæc prodos corrigit: si loco illius aduerbii quando: hanc cōiunctionem qui reponamus ut accipiamus neminem dubitaturū quin sit magis ex utilitate reipu. eos esse saluos qui in bonam mentem mutari possunt q̄ puniri. Sed uelunū ex iis quolibet sufficit. D ascripta quodlibet legatur. Præcipere uero: ac discere quomodo etiā probatione difficilia tractentur: necesse est. Sic q dem plerisq; recte legi putatur. Sed nisi corrigat: sensus plene nō percipietur. Forsitan aūt hęc prępositio in est ascribenda ut in probatione legatur aut certe hac lra s ascripta probationes ac difficiliores est legendum.

Vādo igit ora tor est uir bonus. Tris philosophiæ partes: oratori esse tenendas eleganter: ut omnia colligit Fabius.

aut hostis pro salutę patrię fallendus: ut hoc qd alias in seruis quoque reprehendendum est. sit alias in ipsos sapiente laudandum. Id si constiterint. multa iam uideo posse euenire: propter quæ bene orator tale suscipiat causæ genus: quale remota ratiōe honesta non suscepisset. Nec hoc dico: quia seueriores sequi placet leges pro patre. fratrę. amico periclitantibus. tam & si non mediocris hæsitatio est: hinc iustitiæ propositā imagine. indę pietatis. nihil dubii relinquamus. Sit aliquis insidiatus tyranno: atq; ob id reus. utrum ne saluū eū nolet is qui a nobis finitur orator? an si tuendū susceperit: non tam falsis defendet: q̄ qui apud iudices malam causam tuetur? Q uid? si quędam benefacta damnaturus est iudex nisi ea non essę facta conuicerimus? non uel hoc modo seruabit orator: nō innocentem modo: sed laudabilem ciuem? Q uid? si quædam iusta natura: sed conditiōe temporū inutilia ciuitati scięmus? nōnę utemur arte dicendi bona quidē: sed malis artibus simillima? Ad hoc nemo dubitabit: quando si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint: sicut posse interdum cōceditur: saluos esse eos magis ę re. p. sit q̄ puniri. Si liqueat igitur oratori futurū bonū uirum: cū uera obiicientur: non id aget ut saluus sit? Da nūc ut crimine manifesto prematur dux bonus: & sine quo uincere honeste ciuitas non possit: nonne ei cōmunis utilitas oratorē aduocabit? Certę Fabritius Cornelium Ruffum: & aliquando malum ciuem & sibi inimicum: tamen quia utilem sciebat ducem imminente bello palam consulem suffragio suo fecit: atque id admirantibus quibusdam respondit: à ciuę se spoliari mallę: q̄ ab hostę uenirę: Ita si fuisset orator. non defendisset eundem Ruffum uel manifesti pecula tus reum. Multa dici possent similia: sed uel unū ex iis quodlibet sufficit. Non enim hoc agimus: ut istud illi quem formamus: uiro sit sæpę faciendum: sed ut si talis coegerit ratio: sit tamen uera finitio: oratorem esse uirum bonum dicendi peritum. Præcipere uero ac discere: quo modo etiam probatione difficilia tractentur: necessę est. Nam frequenter etiam optimę causæ similes sunt malis: & innocens reus multis uersimilibus premitur. Q uo fit ut eadem actionis ratione defendendus sit: quasi nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisq; communia. testes. litteræ. suspitiones. opiniones. Non aliter autem uersimilia q̄ uera & confirmantur & refelluntur. Q uapropter ut rę ferę: flectetur oratio manētę honesta uoluntate.

Cognoscenda esse oratori quibus mores formentur.

Vando igitur orator est uir bonus. is autem citra uirtutem intelligi non potest. Virtus & si quosdam impetus a natura sumit tamen perficienda doctrina est: Mores ante omnia oratori studiis ęrūt excolēdi: atque omnis honesti iustiq;

disciplina pertractanda: sine qua nemo nec uir bonus esse: nec dicendi peritus potest. nisi forte accedamus iis: qui natura constare mores: & nihil adiuuari disciplina putant. Scilicet ut ea quidem: quæ manu fiunt: atque eorum contemptissima confiteantur egere doctoribus: Virtutem uero: quia nihil homini: quo ad deos immortales propius accedat: datum est: obuiam & illaboratam: tantum quia nati sumus habeamus. Abstinens erit qui quid sit abstinentia ignorarit? Et fortis qui metus, doloris, mortis, superstitionis nulla ratione purgauerit? Et iustus qui æqui bonique tractatum? qui leges: quæ natura sunt omnibus datæ: quæque proprie populis, gentibus constitutæ: non eruditiore aliquo sermone tractauerit? O q̃ istud parum putant: quibus tam non facile uidetur. Sed hoc transeo: de quo neminem: qui litteras uel primis: ut aiunt: labris degustarit: dubitaturum puto. Ad illud sequens reuertar: ne dicendi quidem satis peritum fore: qui non & naturæ uim omnẽ penitus perspexerit: & mores præceptis ac ratione formarit. Neque enim frustra in tertio de oratore libro. L. Crassus cũcta: quæ de æquo. iusto. uero. bono: deque iis quæ sunt contra posita propria esse oratoris affirmat: ac phos cũ ea dicendi uiribus tuentur: uti rhetorum armis non suis. Idem tamen confitetur ea iam esse a phia petenda: uideli cet quia magis hæc illi uidetur in possessione earum rerum fuisse. Hinc etiam illud est: quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur: dicendi facoltatem ex intimis sapientiæ fontibus fluere. Ideoque aliquandiu præceptores eosdem fuisse morum atque dicẽdi. Quapropter hæc exhortatio mea non eo pertinet: ut esse oratorẽ philosophum uelim: quando non alia uitæ secta longius a ciuilib⁹ officiis: atque ab omni munere oratoris recessit. Nam quis philosophorũ aut in iudiciis frequens: aut clarus in cõcionibus fuit? Quis denique in ipsa quam maxime plerique præcipiũt reip. administratione uersatus? Atqui ego illum quem instituo romanum quendam uelim esse sapientem: qui non secretis disputationibus: sed rerũ experimentis atque operibus uere ciuilem uirũ exhibeat. Sed quia deserta ab iis qui se ad eloquentiam contulerũt: studia sapientiæ: nõ iã in actu suo atque in hac fori luce uersantur. Sed i porticus & gymnasia primum. mox in conuentus scholarum recesserunt. Id quod est oratori necessarium: nec a dicẽdi præceptoribus traditur: ab iis petere nimirum necesse est: apud quos remansit. Euoluendi penitus auctores: qui de uirtute præcipiũt: ut oratoris uita cum scientia diuinarum rerũ sit humanarumque coniũcta: quæ ipsæ quanto maiores ac pulchriores uiderentur: si illas ii docerent: qui etiam eloqui præstentissime possent. Vtinamque sit tempus unquam: quo perfectus aliquis: qualem optamus: orator hanc partem superbo nomine & uitiis quorundam bona eius corrumpentium in

Tantum quia nacti sumus habeam⁹. Nati c litera erasa legendum est.

Abstinẽs erit quicqd sit abstinentia ignoratur Qui illa littera c expuncta legat & ignorarit p illo ignorat: hoc modo. Qui quid sit abstinentia ignorarit. Non eruditione aliquo sermõe. N. littera in r mutata eruditione legendum est. O q̃ parum istud putant q bus non facile uidetur. In quibusdam exemplaribus recte loco illius aduerbii non hæc particula tam est reposita: hoc modo: quibus tam facile uidetur. Quis denique in ipsa quam maxime plerique præcipiũt: reip. administratione uersat⁹. Aliquid huic sensui mihi desse uidetur: ac fortasis hoc participium uitãdã recte ascriberetur. Multi nanque philosophorũ uitandam esse reip. administrationem præcipiunt⁹. Nec inficior fugiendam quoq; legi posse hoc modo. Quas denique in ipsa quam maxime fugiendã plerique præcipiunt. At qui eo illũ quem institutũ Romanũ quẽdam uelim esse sapientem. Ego pro eo & instituto non iustitutũ manifeste legendum est. Sed rez experimentis atq; operib⁹ uere ciuilem uirum exhibeat. Se pronomen uidet ascribendum: hoc modo se uere ciuilem uirũ exhibeat. Id quod ẽ oratori necessariũ: ne adiiciẽdi præceptoribus traditur. Loco adiiciendi i uocali erasa dicendi legendum est hoc modo. Nec a dicẽdi pceptorib⁹ traditur.

Vtinamq; sit tempus unq; quo perfectus aliqs qualem optamus orator Minus recte mihi sic legi uidet. Illud enim aduerbium unq; nihil sensum iuuat: cum præsertim citra negotiõem in oratione fere non ponatur.

Cum alia coniectura quærantur. tãgit statum coniecturalẽ: qui ẽ quando negatur factũ & op⁹ est coniectura. Alia finitionibus: tãgit finitionem: qui est secundus status cum quo nomine res appellanda sit: uenit in questionem. Alia uere submoueantur: est tert⁹ status: qui dicitur qualitas: cum quis fatetur se fecisse: sed iure factum tuetur. Vel transferatur: hoc refertur ad statũ trãsitiuum: qui est quando agitur de translatione iudicis: uel tẽporis: uel de permutando actore: uel q̃ causa non hoc modo agẽda sit: sed alto. Alia colligantur: hoc refertur ad statum spetialem: qui dicitur collectio: uel collectiuus: seu ratiocinatiuus: cum causam certam legem non habet: sed aliud ex alio colligitur.

uisam uendicet sibi: ac uelut rebus repetitis in corpus eloquẽtię adducat. Quæ quidẽ cũ sit in tres diuisa partes, naturalẽ, moralẽ, rõnalem: quæ tandẽ nõ est cũ oratoris opere coniũcta? Nã ut ordinẽ retro agamus: de ultima illa quæ tota uersatur in uerbis: nemo dubitauerit: si & pprietates uocis cuiusq; nosse: & ãbigua aperire: & perplexa discernere: & de falsis iudicare: & colligere ac resoluere q̃ uelis: oratoris est: q̃q̃ ea nõ est tã minute atq; cõcise in actionib⁹ utendũ: q̃ in disputatiõibus: q; nõ docere mõ: sed mouere ẽt ac delectare audiẽtes debet orator: ad qd̃ ipetu quoq; & uiribus accedit: ut uis aium maior ẽ altis ripis: multoq; gurgitis tr fluentiũ: q̃ tenuis aquæ & obiectu lapillorũ resultãtis: & ut pal ci doctores illos: quos numeros uocãt: nõ iccirco discẽtibus tra. ut iis oibus q̃ didicerũt: in ipo luctãdi certamine utãtur. Plus. n. põdere & firmitate & spũ agitur. sed ut subsit copia illa: ex q̃ unũ aut alterũ: cuius se occasio dederit efficiãt. Ita hęc pars dialectica: siue illã dicere malimus disputatricẽ ut est utilis sæpe & finitionibus: & cõprehensionibus: & seperandis q̃ sunt differẽtia & resoluenda ãbiguitate: distinguendo: diuidẽdo: illiciẽdo: iplicando: ita si totũ sibi uendicauerit in foro certamẽ obstabit meliorib⁹ & sectas ad tenuitatem suã uires ipsa subtilitate cõsumet. Itaque reperias quosdã in disputãdo mire callidos: cũ ab illa uero cauillatiõe discesserint, nõ magis sufficere in aliquo grauiore actu q̃ parua quædã aialia: q̃ in angustiis mobilia in cãpo deprehenditur. Iã quidẽ pars illa moralis q̃ dicitur ethice: certe tota oratoris est. Nã in tãta causarũ: ut superioribus libris diximus: uarietate: cũ alia cõiectura quęrãtur alia finitionibus cõcludãtur: alia iure summoueanť uel trãsferãtur: alia colligãtur: uel ipsa inter se cõcurrãt: uel in diuersum ambiguitate ducantur: nulla fere dici põt: cuius nõ parte in aliqua tractatus æq & boni reperiãtur. pleraſque uero esse quis nescit: q̃ totæ in sola q̃litate cõsistãt: In cõsiliis uero q̃ rõ suadendi est ab honesti quęstiõe sepositа. Quin illa etiã pars tertia quæ laudãdi ac uituperãdi officiis cõtinetur? Nempe in tractatu recti prauique uersatur: an de iustitia: fortitudie: abstinẽtia: tẽperãtia: pietate: nõ plurima dicet orator? Sed ille uir bonus q̃ hęc nõ uocib⁹ tantũ sibi nota atque noib⁹ aurium tenus in usum linguæ perceperit: sed qui uirtutes ipsas mẽte cõplexus ita sentiet: nec in cogitãdo ita laborabit: sed quod scict uere dicet. Cũ aũt ois generalis quęstio speciali potẽtior: q; uniuerso partes continentur: nõ utique accedit parti: qd̃ uniuersum ẽ: perfecto nemo dubitabit generales quæstiões in illo maxime studiorũ more uersatas. Iã uero cũ sint multa propriis breuibusque comprehẽsionibus finiẽda. Vnde etiã status cãrum dicitur finitiuus: nõne ad id quoque instrui ab iis q̃ plus in hoc studii dederũt oportet? Quid non quæstio iuris ois: aut uerborum proprietatę: aut æq di

putatõe:aut uolũtatis cõiectura cõtinetur:quorũ pars ad'rõnalẽ: pars ad mo alẽ tractatũ redũdat?Ergo natura ꝑmixta eſt oib9iſtiſ orõ:quæ qdẽ orõ eſt uere.Nã ignara qdẽ huiuſce doctrine loqua citas erret neceſſe eſt:ut quæ uel nullos uel falſos duces hẽat.Pars uero naturalis cũ eſt ad exercitationẽ dicendi:tãto cęteris uberior: quãto maiore ſpũ de qbus rebus q̃ humanis loquendũ eſt.Tũ illa etiã moralẽ ſine qua nulla eſſe:ut docuimus:orõ põt:totã comple ctitur.Nã ſi regiť prouidẽtia mũdus adminiſtrãda certe bonis ui/ ris erit reſpu.Si diuina noſtris aĩs origo tẽdendũ ad uirtutẽ:nec uo luptatibus terreni corporis ſeruiendũ:nã hoc nõ frequẽter tracta/ bit orator.Iã de augurũ reſponſis religioneq̃ omni de qbus maxi ma ſępe in Senatu cõſilia uerſata ſunt:nõ erit ęi diſſerendũ?ſiqdẽ ut nobis placet futurus eſt uir idẽ ciuilis:quæ deniq̃ intelligi ſaltẽ põt eloquẽtia hoĩs optima neſciẽtis?Hęc ſi rõnę mãifeſta nõ eẽnt: exẽplis tamen crederemus:Siqdem & Periclẽ:cuius eloquẽtiæ ẽt ſi nulla ad nos monumẽta uenerũt:ui m tamẽ quandã incredibilẽ cũ hiſtorici tũ etiã liberrimũ genus hoĩum comici ueteres tradũt: rexagoræ Phyſici cõſtat auditorẽ fuiſſe:& Demoſthenẽ ꝓtincipẽ omniũ greciæ oratorũ dediſſe operã Platoni.Nã.M.Tullius nõ tantũ ſe debere ſcholis rhetorũ:quantũ academiæ ſpaciis frequen ter ipſe teſtatus eſt.Neq̃ ſe tanta in eo unquã fudiſſet ubertas:ſi in geniũ ſuũ conſepto fori nõ ipſius rerũ naturæ finibus terminaſſet. Verũ ex hoc alia mihi quęſtio exoriť:quæ ſecta cõferre plurimũ eloquẽtiæ poſſit:q̃q̃ ea nõ inter multos põt eſſe contentio.Nã epi curus in primis nos a ſe ipſe dimittit:q fugere omnẽ diſciplinã na/ uigationẽ q̃ uelociſſima iubet:Neq̃ uero Ariſtippus ſũmũ in uo luptate corporis bonũ ponẽſ adhũc noſ laborẽ hortetur.Pyron q dem quas habere in hoc ope partes põt:cui iudices eẽ apud quos uerba faciat:& reũ pro quo loquatur:& ſenatũ in quo ſit dicenda ſententia nõ liquebit:Academiã quidẽ utiliſſimã credunt:q̃ mos in utranq̃ partem diſſerendi ad exercitationem forenſiũ cauſarũ proxime accedat.Adiiciunt loco probationis q̃ ea'præſtãtiſſimos in eloquentia uiros ediderit.Peripatętici ſtudio quoq̃ ſe quoddã oratorio iactant.Nã thęſis dicere exęrcitationis gratia fere ab iis ẽ inſtitutum.Stoici ſicut copiã nitoremq̃ eloquentiæ ferẽ pręcepto rib ſuis defuiſſe cõcedãt neceſſe ẽ:ita nullos aut ꝓbare acrius:aut concludere ſubtilius contendũt.Sed hęc inter iꝑos qui uelut ſacra mento rogati uel etiam ſuperſtitione cõſtricti nefas ducũt a ſuſce/ pta ſemel perſuaſione diſcedere. Oratori uero nihil eſt neceſſe in cuiuſquã iurare leges.Maius.n.opus atq̃ præſtantius ad quod ip ſe tẽdit & cuius eſt uelut candidatus:ſiquidẽ eſt futurus tũ uitæ:tũ etiã eloquentiæ laude perfectus.Quare in exẽplũ benędicendi fa cundiſſimũ quẽq̃ proponet ſibi ad imitãdũ:moribus uero formã

Vel ipſa inter ſe con/ currant:iſte eſt ſtatus qui dicitur ex contrariis legi bus grece dicitur antino mia quum duæ leges in ter ſe concurrant.

Vel in diuerſum am/ biguitate ducãtur:eſt ſta tus qui dicitur ambiguũ græce amphibolon: quũ unum ſcriptum in duas uel tres ſententias trahi poteſt. In ſola qualita te:in ſtatu qualitatis:in quo eſt queſtio iuris.

In conſiliis uero:hoc eſt in ſualoriis quæ ſunt ex anio deliberatiuo ge/ nere. Quæ ratio perſua/ dendi eſt ab honeſti quæ ſtiõe ſepoſita. Cum in terrogatione legendum.

Ab honeſti queſtione: nam honeſtas & utilitas ſunt duo principali a ca pita conſiliorum. Illa pars tertia.i.tertium ge/ nus cauſarum:quod de/ monſtratiuum dicitur.

In tractatu recti pra/ uiq̃ uerſatur:demonſtra tiuum genus cum laudã di & uituperãdi offic.is continẽtur:uitia aut uir tutes alicuius colligit: & hoc eſt quod dixi in tra ctatu recti & praui.

Genera les queſtiones: cum ſpetialis quæſtio ſe quatur generalem:ſi ipſa quæſtio ſpetialis tractat de moribus:uel de alia re & gñalis i eadẽ uerſabiť

Quæ quidem oratio est uere: cum dixit uer ex cluſit cæteras orationes ab oratiõe oratoris: quæ ſi uera eſt oratio ut ẽbet: omnibus ſuprad ictis re dundat. De diuinis re bus q̃ humanis: nam ut teſtatur Victorinus: per fecta philoſophia eſt illa qnæ diuina & humana cõpræhenditur. Opti ma neſciẽtis: nam illa p prie eſt eloquẽtia quæ ſit coniuncta cũ ſapientia: nemo optima ſcire põt niſi ſit ſapiens. Eo Pyrron quẽ Cicero dicit nullum in rebus delectum reliquiſſe.

Vris quoq; ciuilis & morũ: nã & in capite de deliberatiuo genere dicit oratorem tria conſidera re debere quis eſt qui dicat: quid dicat: & apud quos dicat. Quodam modo mãdata perferet: ſi ab altero petet ea quæ dicturus eſt: ergo oratorem oportet peritum eſſe rerum quibus ciuitas cõtinetur. Quid fiet in q̃ ſtionibus: orator ſi compoſita domi perferet ad iudicem: poſſet illa etiam ab alius accipe: ſed i ſubitis quæſtionib⁹ deprehẽdet niſi fuerit peritus: & indigebit ipe aduocatis.

dis q̃ honeſtiſſima præcepta: rectiſſimamq; ad uirtutẽ uiã deliget. Exercitatione quidem utetur omni: ſed tamẽ erit plurimus in maximis quibuſq; ac natura pulcherrimis. Nam quæ põt materia reperiri ad grauiter copioſeq; dicendũ magis abũdans: q̃ de uirtute de re.p. de prouincia: de origine animorũ: de amicicia? hęc ſunt q bus mens pariter atq; oratio inſurgãt: quæ uero bona: qd mitiget metus: coerceat cupiditates: eximat nos opinionibus uulgi animũ que cæleſtem: neq; ea ſolũ quæ talibus diſciplinis continentur: ſed magis etiam quæ ſunt tradita ãtiquitus dicta: ac facta præclare: & noſſe: & animo ſemper agitare conueniet: quę profecto nuſquam plura maioraq; q̃ in noſtræ ciuitatis monumentis reperiẽtur. An fortitudine fidem: iuſticiam: continẽtiam: frugalitatẽ: contẽptum doloris ac mortis: melius alii docebunt q̃ Fabricii: Curii: Reguli: Decii: Mutii: aliiq; innumerabiles? Q uãtũ.n. greci p̃ceptis ualẽt: tantum Romani: quod eſt maius exemplis: tantumq; non cognatis ſideribus admoneri: qui non modo proximũ tempus: lucemq; præſentem intueri ſatis credat: ſed omnem poſteritatis memoriã ſpatiũ uitæ honeſtæ: & curriculum laudis exiſtimet. Hinc mihi ille iuſticiæ hauſtus bibat: hinc ſumptam libertatem in cauſis atque conſiliis preſtet. Neq; erit perfectus orator: niſi qui honeſte dicere: & ſciet: & audebit.

Neceſſariam iuris ciuilis oratori ſcientiam.

nçntes. Nam quis erit hic atticus? sit Lysias, hunc enim amplectū/tur amatores istius nominis modū. Non igitur iam usque ad Coc/cum: & antocidem remittemur. Interrogarę tamen uęlim an So/crates atticę dixerit: nihil enim tam est Lysiæ diuersum negabunt. At eius schola principes oratorum dedit. Queratur similius ali/quid Hyperides atticus certe. At plus indulsit uoluptati. Transeo plurimos Lycurgum Aristogitona: & iis priores Isęum: Antiphō/tem: quos ut hominęs inter sę genere dissimiles: differentes dixe/ris specie. Quid illę cuius modo fecimus mentionem Aeschynes? nonne iis latior & audentior & excelsior? Quid denique Demost/henes? nonne cunctos illos tenues & circunspectos sublimitate: ui: impetu: cultu: compositione superauit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat ta/centibus uocem? non illud iusiurandum per cæsos in marathone ac salamine pro pugnatores rei.p. satis manifęsto docet præceptō/rem eius Platonem fuisse? Quem ipsum: num asianum appellabi/mus plerunque instinctis diuino spiritu uatibus cōparandum? Q uid periclea? similem ne credimus lysiacæ gracilitati: quem ful/minibus & cęlesti fragori comparant comici: dum illi conuicien/tur? Quid est igitur cur in iis demum: qui tenui uenula per calcu/los fluunt atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant: quos ego existimo: si quod in iis finibus uberius inuenerint solum: fertiliorem ue segetem, negaturos atticam esse: quod plus/quam acceperit seminis reddat. Q uia hanc eius terræ fidem Me/nander eludit. Ita nunc siquis nunc ad eas Demosthenis uirtutes: quas ille summus orator habuit: tamen quæ defuisse ei: siue ipsius natura: siue lege ciuitatis uidentur adięcerit: ut affectus concitati/us moueat: audiam dicentem: non fecit hoc Demosthenes: & si/quid exierit numeris aptius fortasse non possit. Sed tamen siquid exierit: non erit atticum. Melius de hoc nomine sentiat: credantq; attice dicere essę optimę dicere: atque in hac tamen opinione per/seuerantes grecos magis tulerim: latina mihi facundia: ut inuen/tione: dispositione: consilio: cęteriśque huius generis artibus simi/lis grecæ ac prorsus discipula eius uidetur: ita circa rationem elo/quendi uix habere imitationis locum: namque ipsis est statim so/nus durior: quando & iucundissimas ex grecis litteras non habe/mus uocalem alteram consonantem: quibus nullæ apud eos dul/cius spirāt: quas mutuari solęmus: quotiens illorū noibus utimur.

Q uod cum contigit:nescio quo modo hilarior:protinus renidet oratio:ut in Zephyris zopyrisq; quæ si nostris litteris scribantur: surdū quidem & barbarū efficient sonū:& uelut in locū earum succedunt tristes & horridæ:quibus gracia caret. Nam & illa quæ sexta est nostrarum pene non humana uoce:uel omnino nō uoce potius inter discrimina dentiū efflanda ẽst:quæ etiā cū uocalem proximā accipit:quassa quodāmodo utiq; quotiens aliquā consonātem frangit:multo fit horridior. Aeolicæ quoq; litteræ qua seruū ceruūq; dicimus:etiā si forma a nobis repudiata est:uix tamen nos ipsa persequitur:Duras & illa syllabas facit:quæ ad coniungendas demū subiectas sibi uocales est utilis:alias superuacua ut equos ac equū scribimus:cū ipse etiā uocales duæ efficiāt sonū: qualis apud grẽcos nullus est:ideoq; scribi illorū litteras non potest. Quid qđ pleraq; nos illa quasi mugiente littera cudimus in qua nullum grẽcæ uerbum cadit? At illi enim iucundam & in fine prẽcipue quasi timentem illi⁹ loco ponunt.quæ est apud nos rarissima in clausulis. Quid quod syllabæ nostræ.b.litteram &.d.innituntur?adeo aspere ut plerique non antiquorum quidem:sed tamen ueterū molirẽ tentauerint non solū aduersa pro dicendo:sed & in propositione.b.litteræ absonam:& ipsam.f.subiiciendo. Sed accentus quoque cum rigore quodam:tum similitudine ipsa minus suaues habemus:quia ultima syllaba nec acuta unq̃ excitatur:nec flexa circunducitur.sed in grauem uel duas graues cadit semper. Itaq; tanto est sermo grẽcus latino iucundior:ut nostri poetæ quotiens dulce carmen esse uoluerunt:illorum id nominibus exornent. His illa potentiora q; res plurimæ carẽt appellationibus:ut eas necesse sit transferre aut circūire:etiam in his quę dānata sunt summa paupertas:in eadem nos frequentissime reuoluit. At illis non uerborum modo:sed linguarum etiam inter se differẽtium copia. Quare qui a latinis exigit illam gratiam sermonis attici.det mihi in loquendo eadem iucunditatem & parem copiam. Quod si negatū est sententias aptabimus iis uocibus quas habemus nec rerum nitiam tenuitatem.ut non dicam pinguioribus certe uerbis miscebimus.ne uirtus utraq; pereat ipsa confusiõe. Nā quo minus adiuuat sermo:rerum inuentione pugnandum est:sensus sublimes uarii ẽruantur:permouendi omnes affectus erunt. Oratio translationum nitore illuminanda est.non possumus ẽsse tā graciles simus fortiores.subtilitate uncimur.ualeamus pondere: proprietatis penes illos est certior copia:uincamus ingenio:grẽcorū etiā minora sucs portus habent:nos plerunq; maioribus uelis moueamur:ualidior spūs sinus nostros tendat:non tamen alto semper feremur.nā & littora interim sequenda sunt:illis facilis per quelibet uada accessus. Ego aliquid non multo tamē altius in quo mea cymba non cō

Quod quando contingit: nescio quo modo hilarior protinus renudet oratio:ut in Zephyris:zopyrisque. Quo modo hoc in loco renudet uerbum positum est: quando nihil ad rem faciat. Emendabitur enim si renidet:non renudet legimus. Significat enim renidere lætum eẽ & florẽtem:quo uerbo frequẽter utitur Macrobius in saturnalibus.

Prorſus tamen omittenda pars hæc oratiõis Sed exigenda ut optime poſſumus: poſſumus aũt rerũ modo: & in iudicio eſſe ſimiles: Verborũ gratia: quã in ipſis nõ habemus: extrinſecus cõcidẽda eſt: Deprauatã eſſe lectionẽ aſſignatã quis nõ uidet: Nõ enim negandi aduerbiũ poſt tamẽ poſitũ: & cõdienda participiũ pro cõcidenda: illuſtrẽ fabii ſenſum & orationem reddet.

Non ſcipio: Lęlius: Cato in loquendo uelut attici romanorũ fuerũt: quãta fuerit Scipiõis: læliі: & Catõis facũdia docet etiã. M. Tulli⁹ ita ſcribẽs: Sed. C. Lęlius & P. Africanus imprimis eloquẽtes: quorũ extãt oratiões: ex quibus exiſtimari de ingeniis oratorum poteſt: Catone quis grauior i laudãdo: acerbior in uituperãdo: In ſententiis argutior: in docendo ediſſerẽdoq; ſubtilior: referte ſunt oratões amplius centũ quinquaginta: quas quidẽ adhuc inuenerim & legerim: & uerbis: & rebus illuſtribus.

Vtetur iis quoq; adiutoriis: q̃ ab eadẽ ſunt nobis neceſſa natura: Nam lacertos excitatiõe cõſtringere: & augere uires: & caloreꝫ trahere naturale ẽ. Obſcurior ſenſus uideꝫ deprauatiõe huius dictionis neceſſa: Emẽdabiꝫ igitur ſi cõceſſa: nõ neceſſa legerim⁹: deinde & copula poſt nã ponẽda eẽ uidetur hoc mõ: Vteꝫ iis quoq; adiutoriis que ab eadẽ ſunt nobis conceſſa natura: nã & lacertos excitatõe cõſtringeꝫ: & augere uires: & caloreꝫ trahere naturale eſt.

ſidat inueniam. Neq; enim ſi tenuiora hęc ac preſſiora: græci melius: in eoq; uincimur ſolo: Et ideo in comœdiis: non contendimus. Prorſus tamẽ non omittenda pars hęc orationis: ſed exigenda ut optime poſſumus: poſſumus aũt rerũ modo & in iudicio eſſe ſimiles. uerborũ gratia quã in ipſis non habemus extrinſecus conducẽda eſt. at non in priuatis & acutis: & non aſper & nõ indiſtinctus & nõ ſupra modũ elatus. M. Tullius? nõ in. M. Callidio inſignis hæc uirtus? non Scipio: Lęlius: Cato in loquendo: uelut attici romanorũ fuerunt: cui porro non ſatis eſſe: quo eſt melius nihil poteſt? Ad huc quidã nullã eſſe naturalẽ putant eloquentiã: niſi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima quo cũ amicis: cõiugibus: liberis: ſeruis: loquimur contenti promere animi uolũtatẽ: nihilq; accerſiri & elaborati requirentes quicquid huc ſit adiectũ: id eſſe affectionis: & ambitioſę in loquendo iactantiæ: remotũ a ueritate: fictũq; ipſorũ gratia uerborũ: quibus ſolũ natura ſit officiũ attributũ ſeruire ſenſibus: ſicut athlętarum corpora: etiã ſi ualidiora fiant exercitatione & lege quadã ciborũ: non tamen eſſe naturalia: atq; ab illa ſpecie quæ ſit conceſſa hoibus abhorrere. Quid. n. inquit attinet circui/tu res oſtendere: & tranſlationibus. i. aut pluribus: aut alienis uerbis? cũ ſua cuiq; ſint aſſignata noia. Deniq; antiquiſſimũ quẽq; maxime ſecundũ naturã dixiſſe cõtendunt: mox poetis ſimiliores extitiſſe: etiam ſi partius: ſimili tamen ratione falſa: & impropria uitute dicentes: q; in diſputatione non nihil ueri eſt: ideoq; nõ tã procul q̃ fit a quibuſdã recedendũ aut propriis atq; cõmunib⁹: Siquis tamen ut in locõ dixi cõpoſitionis ad neceſſaria: quibus nihil min⁹ eſt: aliquid melius adiecerit: nõ erit hac calũnia reprehendendus: nam mihi aliam quandam uidetur habere naturam ſermo uulgaris. aliam uiri eloquentis oratio: cui ſi res iudicare modo ſatis eſſet: nihil ultra uerborum proprietatem elaboraret: ſed cum debeat delectare. mouere. in plurimas animum audiẽtis ſpecies impellere: utetur iis quoq; adiutoriis: quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. Nam etiam lacertos excitatione conſtringere: & augere uires: & calorem trahere naturale eſt. Ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur: & eloquendo dulcis magis. Quod ſi non euenirẽt omnes pares eſſent: & idem omnes deceret: At loquuntur: & ſaluant perſonarum diſcrimen: ita quo quiſq; plus efficit dicendo: hoc magis ſecundum naturæ eloquẽtiam dicit. Qua propter nę illis quidem nimium repugno: qui dandum putant nõ nihil eſſe temporibus atq; auribus nitidius aliquid atq; affectibus poſtulantibus. Itaq; nõ ſolũ ad priores me Catonem Gracchoſq; ſed ne ad hos quidem oratorem alligandum puto: Atq; id feciſſe. M. Tullium uideo: ut cum omnium utilitati: tum partem quandã delectationi daret: cum & ipſam ſe rem agere diceret. Agebat

autem maxime litigatoris. Nã hoc ipso proderat qđ placebat: ad cuius uoluptates nihil equidem qđ addi possit inuenio: nisi ut sẽ sus nos quidem dicamus plures. neq; n. fieri põt salua tractationẽ causæ & dicendi auctoritate. si non crebra hęc lumina: & continua fuerint: & inuicem offecerint. Sed me hactenus cedentẽ nemo in/ sequatur: ultra do tempori ne crassa toga sit. nõ serica: ne intõsum caput: non smaragdus atq; annuli centũ sint cũ eo: qđ si non ad lu xuriam ac libidinem referas: eadem specioſiora quoq; sint quę ho nestiora: Cęterum hoc qđ uulgo sententias uocamus: ueteribꝰ p/ cipueq; grẽcis in usu non fuit: Apud Ciceronem enim inuenio dũ rem contineant & copia redũdent: & ad uictoriam spectent: quis utile neget? feriũt animũ. & uno ictu frequẽter impellunt: & ipsa breuitate magis hęrent & dictione persuadent. Ac sunt q hęc exci tatiora lumina etiam si dicere permittant: a componendis tamen orationibus excludenda arbitrent. Q uo circa mihi ne hic q̃dem locus intactus est omittendus: q; plures eruditorũ aliam esse dicẽ/ di rationem: aliam scribendi putauerũt: ideoq; in agendo clariſſi/ mos quosdã nihil posteritati mãsuriſq; mox litteris reliq̃sse. ut Pe riclem & Demadẽ. rursus alios ad cõponendũ optimos: actionibꝰ idoneos non fuisse. ut Isocratẽ: pręterea in agẽdo plus impetũ ple rũq; & petitas uel paulo licentius uoluptates. Cõmouendos enim esse docendosq; animos imperitorum. At quod libris dedicatur. & in exemplum redditur: tersum ac limatum: & ad legem ac re/ gulam compoſitum esse oportere. quia ueniat in manus doctorũ: & iudices artes habeat artifices quin illi subtiles ut similes ac multi persuaserunt magistri παρασκευὰς dicendo ἐνθυμήματα scriben do esse altius tradiderunt: mihi unum atq; idem uidetur bene di/ cere ac bene scribere: neque aliud esse oratio scripta: q̃ monumen ta actionis habitæ. Itaq; nullas non ut opinor debet habere uirtu/ tes: dico non uitia. nam imperitis placere aliquando quæ uitioſa sunt scio: quo differẽt igitur? quod si mihi des cõsilium iudicium sapientum: per quam multa recidam ex orationibus: non cicero/ nis modo: sed etiam eius qui est strictior multo Demosthenis: nę/ que enim affectus omnino mouendi erunt: nec aures delectatio/ ne mouendæ: cum etiam præmium superuacuum esse apud tales Aristoteles existimet. Non enim trahentur iis illi sapiẽtes: proprie & significãter rem indicare probatione colligere satis est. Cum ue ro iudex detur: aut populus: aut ex populo: laturique sententiam indocti sępius atque interim rustici: omnia quæ ad optinendum quæ intendimus prodesse credimus: adhibenda sunt ea quæ & cũ dicimus promenda: & cum scribimus ut doceamus: quomodo di ci oporteat: an Demosthenem malle sic egisse ut scripsit: aut Cice/ ronẽ: aut eos præstãtissimos oratores alia q̃ scriptis cognoscimus:

Ac sunt qui hæc exci/ tatiora lumina etiã si di/ cere permittant: a cõpen dis tñ orationibus exclu dẽda arbitrentur: pudet me per hæc etiam minu/ tissima pcurrere: sed qñ dubiũ reddũt legẽtis ani mum: deprauatum hunc quoq; locum emendẽ quod tum fiet si a cõpen dis orationibus nõ com pẽdis legerim ne uidea/ tur a cõpendium nomẽ deduci detractione i lit terę. Ideoq; in agẽdo cla rissimos quosdam nihil posteritati: mansurisque mox litteris reliquisse: ut periclem & demadẽ: rur sus alios ad componen/ dum optimos: actiõibꝰ idoneos nõ fuisse: ut Iſo cratem. Quod demades nihil scriptum reliquerit ostẽdit etiam Cicero his uerbis. Huic hypides p/ ximus & Eschynes fuit: & Lycurgus: & Dinar chus: & is cuius nulla ex tãt scripta Demades: alii quę plures & pauloante extitit igitur iam senibus i lis quos paulo ante di/ ximus Isocrates: cuꝰ do mus cunctę græciæ quasi ludus quidam paruit: at/ que officinam. Magnus orator & perfectus ma/ gister: quanq; forensi lu/ cę caruerit. Intraq; pari etes aluit illam gloriam: quã nemo qdẽ postea ẽ meo iudicio cõsecutus.

Ideoq; instandũ iis q̃ placere intellexeris: resi/lendum ab his quę nõ re cipient: sermo ipse q̃ fa/ciſe iudicem doceat optã dus: nec id mirũ ſit quũ etiã teſtium perſonis ali/qua mutentur: prudẽter enim q̃ quũ iterrogaſſet ruſticum teſtẽ: at amphi on negat. Sigs hunc lo cum non fateatur eſſe le prauatum: eum ego cęcũ & litterarum exptẽ pror ſus arbitr ibor: qs enim non uidet reſiliendum a ſalio non a ſileo cõpoſi tum legendũ eſſe: & ſim plici l ſcribendum: error eſt etiam i poſtrema par te loci aſſignati: ná ubi le gitur ac amphion negat legendum eſt anphiona noſſet: poſtea ſubiungẽ/dum negat: ut ruſticus re ſpondeat: ſe non noſcere amphiona. Lenior ta/men & amnis lucidus q buſdam exemplarib⁹ ſic legitur: lenior tamen: ut amnis lucidus quidam.

Nam & Homerus bre uem quidem animi iucũ ditatem & propriam (id enim ẽ nõ errare uerbis) & carentem ſuperuacuis eloquẽtiam Menelao de dit. Idem his uerbis tra/dit Cicero Menelaũ ip/ſum dulcem illum quidẽ tradit Homerus, ſed pau ca dicentem.

melius ęgerunt igitur an peius. nam ſi peius ſic potius oportuit di ci ut ſcripſerunt: ſi melius ſic oportuit ſcribi ut dixerũt. Quid er/go ſemper ſic aget orator: ut ſcribit. ſi licebit ſemper: quod ſi impe diant breuitatem tęmpora a iudice datã: multum ex ęo quod po tuit dici reciderunt: editio habebit omnia. Quæ autem ſecun/dum naturam iudicantium dicta ſunt: non ita poſteris tradentur: ne uideantur propoſiti fuiſſe non temporis: nam id quoque plu/rimum refert quo modo iudex audire uelit: atque eſt uultus ſæ/pe ipſe rectus eſt dicentis: ut Cicero prędcepit. Ideoque inſtan/dum iis quæ placere intellexeris: reſilendum ab iis quæ non reci/pientur: ſermo ipſe qui facilę iudicem doceat optãdus: nec id mi rum ſit: cum etiam teſtium pęrſonis aliqua mutentur: prudenter ęnim qui cum interrogaſſet ruſticum teſtem: an Amphiona noſ ſet: negat: & detraxit aſpirationem breuiauitque ſecundum eius nominis ſyllabam: & ille eum ſic optime norat, huiuſmodi caſus efficiunt: ut aliquando dicatur aliter quam ſcribitur: cum di/cęre quomodo ſcribendum eſt non licet. Altera eſt diuiſio quæ in tres partes & ipſa diſcedit: qua diſcerni poſſe etiam recte di/cendi genera inter ſe uidentur namque unum ſubtile quod ἰσχνὸν καὶ λοιον uocant: alterum grande atque robuſtum: quod con/ſtituunt ἄκρον tertium alii mędium ex duobus alii floridum: namque id ἀνθηρὸν appellant addiderũt: quorũ tamen ea fere ra tio eſt: ut primũ docendi: ſecũdum mouendi: tertiũ illud utrocũq; nomine delectandi. ſiue aliud interconciliandi prędſtare uidetur of ficium in docendo autem acumẽ: interconciliando lenitas: in mo/uendo grauitas uideatur. Itaque illo ſubtili prędcipue ratio narran di probandique conſiſtet: Sed quod ętiam detractis ceteris uirtuti bus ſuo genere plenum: medius hic & tranſlationibus crebrior: & figuris erit iucundior: egreſſionibus amœniis compoſitiõe captus: ſententiis dulcis: lenior tamen ut amnis lucidus quidam eſt: & ui/rentibus utrinq; ſiluis inumbratus: at ille qui ſaxa deuoluat: & pon tem indignetur: & ripas ſibi faciat multus & torrens iudicem uel ni tẽtem contra feret. cogetq; ire qua rapit. Hic orator & defunctos excitabit: ut Apium cęcum: apud hunc & patria ipſa exclamabit. Aliquandoq; Cicę. in oratione cõtra Catilinam in ſenatu alloque tur. Hic & amplificationibus extollęt orationem. & in ſuperlatio/nem quoq; eriget: quæ charybdis tam uorax: & oceanus mediuſſi dius ipſe. nota ſunt enim iam ſtudioſis hęc lumina. hic deos ipſos in congreſſum prope ſuum ſermonemq; deducet. Vos. n. albani tumuli atq; luci. Vos inq̃ alborum obrutæ aræ ſacrorum populi Romani ſociæ & equales. hic iram. hic miſericordiam inſpirabit. hic dicet te uidit & fleuit & appellauit & per omnes affectus tracta tur: hic itaque illuc ſequetur nęc doceri deſiderabit. Quare ſi ex

tribus hic generibus neceſſario ſit eligendum unum quis dubitet hunc preferre omnibus:& ualidiſſimum alioquin & maximis quibuſque cauſis accommodatiſſimum? Nam & homerus breuem quidem animi iucunditatem & propriam. Id enim eſt non errare uerbis:& carentem ſuperuacuis eloquētiam. Menelao dedit quæ ſunt uirtutes generis illius primi. Ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle profluere ſermonem. qua certe delectatione nihil fingi maius poteſt. Sed ſi in mare greſſus eſſet:ut in Vlyxe facundiā & magnitudinem illi iunxiſſet cui orationem niuibus hibernis & copia uerborum atq; impetu parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet hunc ut deum homines intuebuntur. Hāc uim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis. hanc fulminibus Ariſtophanes comparat:hęc eſt uera dicendi facultas. ſed neq; iis tribus quaſi formis incluſa eloquentia eſt. Nam ut inter gracilę ualidum que:tertium aliquid inſtitutum eſt:ita horum interualla ſunt. Atque inter hęc ipſa mixtum quiddam ex duobus medium eſt eorum. Nam & ſubtilis plenius aliquid atq; ſubtilius & uehemēti remiſſius atq; uehementius inuenitur:ut illud lene aut aſcēdit ad fortiora:aut ad tenuiora ſumitur:ac ſi prope innumerabiles ſpecies reperiuntur:quæ utiq; aliquo momento interſe differant:ſicut quatuor generaliter uentos totidem mundi cardinibus accepimus flare. Cum interim plurimi medii:& eorum uarietate regionum ac fluminum proprie deprehenduntur. eademq; muſicis rō eſt:q cū in cithara quinq; conſtituerūt ſonos:plurima deinde uarietatę cōplent ſpacia illa neruorum:atq; iis quos interpoſuerunt:inſerūt alios:ut pauci illi tranſitus multos gradus habeant. Plures igitur etiam eloquentiæ facies:ſed ſtultiſſimum quęrere ad quam recturus ſe ſit orator. Cum omnis ſpecies quę modo recta eſt habeat uſum:atq; id ipſum non ſit oratoris:q; uulgo genus dicendi uocant. Vtetur enim ut res exiget omnibus:nec pro cauſæ modo ſed pro partibus cauſæ. Nam ut non eodem modo pro reo capitis & in certamine hereditatis:& de interdictis ac ſponſionibus & de certa credita dicet. Sententiarum in Senatu & concionum & priuatorum cōſiliorum ſeruabit diſcrimina:uitam ex differētia perſonarum:locorum:temporumq; mutabit:ita in eadem oratione aliter cōciliabit:non ex iiſdem partibus iram & miſericordiam petet:alias ad docēdum:alias ad monendum adhibebit artis:nō unus color prœmii. narrationis. argumentorum. egreſſionis:perorationis. ſeruabitur. Dicet idē grauiter ſeuere. acriter:uehementer. concitate: copioſę: amare:coſter. remiſſe:ſubtiliter:blāde:leniter: dulciter: breuiter: urbane:nō ubiq; ſimul:ſed ubi pars ibi ſic fiet:cū id pp qđ maxie repertus ē uſus oronis:ut & dicat utiliter:& ad efficiēdū qđ intendit

Sed neq; his tribus q̄ ſi formis eloquentia eſt: hic quidem locus ſic male egitur: Incluſa autem dictione addita:ut in q̄buſdam exemplaribus legit̄:lectio candidior erit legatur hoc modo. Sed neq; his tribus quaſi formis incluſa eloquētia ē.

Nam & ſubtili plenius aliquid atq; ſubtilius: & uehementi remiſſus atq; uehementius inuenitur. Remiſſius legendum eē facile ex ipſo ſenſu apparet. Quum omnis ſpecies quę modo recta ē habeat uſum: atque id ipſe non ſit oratoris pro id ipſe legēdū eſſe id ipſum ſenſus & grammaticæ ratio expoſcit. Fallunt enim plurimi: qui uitioſum & corruptum dicēdi genus: quod aut uerborum licentia reſolutat Pro re ſoluat legendum eſſe reſultat credendū eſt quum ita etiā in quibuſdā exēplarib⁹ cōperiat.

Qualecunq; id quod modo se ipsi posse desperentem habet admiratio nem : quis tam impetus: & obtusus nō uideat desperent legendū esse : nō desperentem . Si infœlix usq; ad ultimum solli citudo persequtur: ac oratorem macerat : & coqt ægre uerba uertēt. Vertē tem & ordo & sen'us legendum esse exposcit: ut ad oratorem ægre uerba uertentem referri possit.

Nitidis ille & sublimis & locuples circūfluenti bus undiq; eloquētiæ co piis imperat. Si nitidus: ut in quibusdam legitur exemplaribꝰ: nos quoq; dixerimus : ut sit nitidus nominatiui non datiu casus: ordo & sensus dii lucidus erit; Scandenti circa ima laboret: sic fere ubiq; legitur: emendabi tur hoc modo si laboret diuiserimus : & uero par ticulæ s interposuerimꝰ ut legatur scandendi circa ima labor est. Simi lis ceteris ratio: in prepo sitio uidetur addi debere ut sit similis i cæteris rō.

His dicēdi uirtuti bꝰ usus orator: In calce opis colligit Fabiꝰ oratorem ualde senē re ceptui canere debere: do cetq; quid ab eo postea a gendum sit. Simul tradit nemini debere mirum ui deri: q; oratorē pluribus disciplinis ornatum esse uelit: ut sit consumatissi mus: quum doceat hoies posse id efficere. qđ exi gat. Sed quia decet hoc quoq; pspicere ne qđ id peiꝰ q̄ fecerit faciant. Le gēdus ē aliter h locꝰ: aut n. qs nō qđ: aut is nō id scribēdū ē: ut ad oratorē referat: faciāt quoq; n erasa legatur hoc modo. Sed decet hoc quoq; p potenter: tum laudem quoq; non do rū mō: sed etiā uulgi con sequantur. Fallūtur. n. plurimi: qui uitiosum & corruptū dicēdi ge nus: qđ aut uerborū licentia resultat: aut puerilibus sententiolis la sciuit: aut in modico tumore turgescit aut inanibus locis bacchat: aut casuris si leuiter excutiantur flosculis nitet: aut precipitia p sub limibus auet: aut specie libertatis insanit: magis existimet popula re atq; plausibile. Quod quidē plecere multis: nec inficior: nec mi ror. Est. n. iucūdioris ac fauorabilis qualiscūq; eloquentiæ: & ducit animos naturali uoluptate uox omnis: neq; aliūde illi per fora atq; aggerem circuli. quo minus mirū est: quod nulli nō agentium pa rata uulgi corona est. Vbi uero quid exquisitius dictū accidit auri bus imperitorum: qualecunq; id quod modo se ipi posse desperēt habet admirationem: neq; immerito: nam ne illud quidem facile est: sed euanescunt hec atque moriuntur comparatione meliorū: ut lana tincta suco citra purpuras placet: at si conferis etiam la cernæ conspectu melioris obruatur: ut Ouidius ait. Si uero iudici um iis corruptis acrius adhibeas: ut succinis sulfura: iam illd quod fefellerat exuat mentitum colorem: & quadam uix enarrabili fœ ditate palleſcat: luceat igitur hec citra solē: & ut quædam exigua animalia igniculi uidentur in tenebris. Denique mala multi pro bāt bona. Neque uero omnia ista de quibus locuti sumus orator optime tantum: sed etiam facillime faciet: neque enim uis summa dicendi esset admiratione digna: si infœlix usque ad ultimum sol licitudo persequitur ac oratorem macerat: & coquit ægre uerba uertentem: & perpendendis coaugumentandisque eius intabescē tem: nitidus ille & sublimis & locuples circumfluentibus undique eloquentiæ copiis imperat: Desinit enim in aduersa niti: quam per uenit in summum: scandenti circa ima labores. Cæterum quan tum processeris mollietur diues & lætius solum: Et quoque hæc iam suprema perseuerantibus studiis euaserit. Inde fructus illabo rati offerunt sese: & omnia sponte perueniunt: quæ tamen quoti die nisi decerpātur arescunt. Sed & copia habet modum: sine quo nihil nec laudabile nec salutare est: Et nitor ille cultum uirilem: & inuentio iudicium: sic erunt magna non nimium sublimia: non ab rupta: fortia non temeraria: seuera non tristia: grauia non tarda: le ta non luxuriosa: iucunda non dissoluta: fortia non timida : Simi lis in cæteris ratio. Tutissima fere permedium uia: quia utriusque ultimum uitium est.

Q uæ post finem studia.

Is dicendi uirtutibus usus orator in iudiciis. consiliis. con
h cionibus. Senatu. in omni denique officio boni ciuis: fi nem quoque dignum & optimo uiro & opere sanctissi mo faciet: non quia prodesse unquam satis sit: & illa mente atq; il

la facultate prędito non conueniat operis pulcherrimi quam ion/ gissimum tempus. Sed quia decet hoc quoq; prospicere ne quis id pcius q̃ fecerit faciat: neq;.n. scnía mõ constat orator. quæ augetur annis. sed uoce. latere. firmitate. qbus fractis aut iminutis ætatę seu ualitudine: cauendũ est: nequid in oratore summo desideret. Nõ intersistat fatigatus. nec quæ dicet parũ audiri sentiat. nec se querat tur perire. Vidi ego longe omnium: quos mihi cognoscere conti git summũ oratorẽ Domitiũ Afrum ualde senẽ: quotidię aliquid ea quá meruerat auctoritate perdentẽ: cũ agẽte illo: quẽ principẽ fuisse quondam fori nõ erat dubiũ: alii quod indignũ uideatur ri/ derent: alii erubescerent: quæ occasio illis fuit dicendi: malle eũ de ficere q̃ desinere: neq; erant illa qualiacũq; mala sed minora. Qua re ante q̃ in has ætatis ueniat insidias: receptui canet: & in portũ in tegra naue perueniet: neq; enim minores eum cũ id fecerit: studio rum fructus sequentur. Aut ille monumenta rerũ posteris: ut. L. Crassus in libris Ciceronis destinabat quęrentibus reddet: aut elo quentiæ cõponet artem: aut pulcherrimis uitæ pręceptis dignum os dabit. Frequẽtabunt uero eius domũ optimi iuuenes more ue/ terum: & uerá dicẽdi uiá uelut ex oracuło petent. Hos ille forma/ bit quasi eloquentiæ parẽs: & ut uetus gubernator littora & por/ tus: & q̃ tẽpestatũ signa: qd secundis flatibus: qd aduersis ratis po scat docebit: nõ humanitatis solũ coi duct9 officio: sed amore quo dá operis: nemo.n. minui uelit id: in quo maximus fuit. Quid por ro est honestius: q̃ docere quod optime scias? Sic ad se Celium de ductum a patre Cicero profitetur: sic Pansam Hirtium Dolobel/ lam in morẽ pręceptoris exercuit: quotidię dicens audiensq;. Ac nescio an eũ tunc btissimũ credi oporteat: cũ iá secretus & cõsecra tus liber inuidia procul a cõtentionibus fama in tuto collocarit: & sentiat uiuus eá: quæ post fata prestari magis solet uenerationem: & quid apud posteros futurus sit uidebit. Conscius sum mihi quan tum mediocritate ualuit: quæque antea scierim: queq; operis hu/ iusce gratia potuerim inquirere: candide me atque simpliciter in notitiam corum: si qui forte cognoscer uoluissent: protulisse: atq; id uiro bono satis est docuisse quod scierit. Vereor tamẽ ne aut ma gna nimiũ uidear exigere: qui eundẽ uirorũ bonũ esse: & dicendi peritũ uelim: aut multa qui tot artibus in pueritia discendis: morũ quoq; pręcepta: & scientiam iuris ciuilis. Pręterea quæ de eloquẽ/ tia tradebantur adiecerim: queq; operi nostro necessaria esse cre/ diderim: uelut pondus rei perhorrescant: ac desperent ante experi mentũ. Sed hi primũ renunciet sibi: quãta sit humani generis uis: q̃ potẽs efficiendi quæ uelit: cũ maria transire: liderũ cursus: nume ros que cognoscęre: mundum ipsum pene dimetiri minores & dis spicere: ne qs id pęi9 quã fecerit faciãt. Non in tersistat fatigat9: nec quæ dicet parũ audieri senti/ at: se q̃ratur perire: Emẽ/ date in aliis codicib9 nec aduerbiũ scribitur: ut sit nec se querat pire. Vi/ di ego lõge omniũ: quos mihi cognoscere conti/ git summũ oratorẽ Do/ mitiũ Afrũ ualde senem quotidie aliqd ex ea: quá meruerat auctoritate per dẽtẽ: quũ agẽte illo: quẽ principẽ fuisse quõdã fo ri: alii nõ erat dubiũ: qd indignũ uideat riderẽt: a'ii erubes/erẽt: quæ oc/ casio illi fuit dicẽdi male eũ deficer q̃ desinere. De prauatũ esse hũc locũ q/ dã arbitrant: Ille.n. no/ minatiuus alii ad illd qd relatiuũ uider trãsferẽd9 ac illis nõ illi esse legẽdũ hoc mõ: Quẽ principẽ fuisse quõdã fori nõ erat dubiũ alii quod indignũ uideat riderẽt: alii erube scerent: quæ occasio illis fuit dicẽdi malle eũ defi/ cere q̃ desinere. Quẽ q; operis huiusce gratia potuerim ingrere: emen dati9 mihi legẽdũ uider: Queq; nõ quẽq;. Prę/ terea q̃ de eloquẽtia tra/ debãtur adiecerim: qq; opi nostro necessaria eẽ crederim. hic quoq; nisi relatiuũ illud qui aliter le gat: ne ordo quidẽ ipse cõstabit: quare mihi legẽ dũ uidetur queq; neutro gene:e. Nãq; q primũ renũciẽt sibi: quãta sit hu mani generis uis. Nanq; particula hoc in loco mi hi supuacanea uider: re/ latiuũ quoq; illd qui qd referat nescio: Itaq; leget emẽdate hoc mõ. Sed hi primũ renũciẽt sibi quã ta sit humani generis uis.

Quãq; nullus sit hoc ppositio prœmio recusã dus. Quod prœmium

recusandū dicat Fabius: nō itelligo: illd certe scio premio nō prœmio legē dū eē. Vt ip̄m iter neq; ip̄eriū. neq; saltē durū putēt: Quis nū uidet imperuiū nō imperiū scribi & legi debere: nā iter appellamus ip̄eriū per qd nullus pōt ire. Quid attinet tā multis annis: q̄ in more ē plurimorū q̄ particula geminada uidetur: ut sit q̄q̄: id quod in nōnullis exēplaribus scribitur: & sine ea sensus nequaq; cōstabit. Discēdi ratio talis: ut nō multos annos poscat. Quælibet enim plus ex his artib⁹: quarū habui mētionē in paucos libros contrahi solet ab eo infinito spatio ac traditiōe opus est. Hic etiā locus mendā nō caret: corrigatur hoc mō: loco discēdi hoc genus rudiū dicēdi locādū uidetur: & nō plus: sed prius legēdū: & huic relatiuo q̄rū postponēdū: deinde nō aduerbiū cū hoc uerbo est qdā ponendū existimāt: ac ita legūt: Dicēdi ratio talis ut nō multos annos poscat: Quælibet enim ex his artibus: quarū prius habui mētionē in paucos libros cōtrahi so et: adeo ifinito spatio ac traditiōe opus nō est.

Philosophorū quoq; Cōsultorūq; opiniones sicuti alia uelimus legere necessariū ē: qd̄ qdē pōt oia: ita ut alia. hic ēt loc⁹ ēprauat⁹ ē: ut nullus sensus elici possit: nā illud q̄ qdē potest omnia q̄ p̄e dēti sensui cōgruat nō intelligo. Emēdabit aūt rectissime: si relatiuū illud qd̄ leget q̄. & uerbū pōt possum⁹ scribet hoc mō quæ quidē possum⁹ oia.

Quātulum enim studiis patimur. partimur a uerbo partior potiusq; ficiliores artes potuerint? tum cogitent quantam rem petant: quā que nullus sit hoc proposito premio labor recusandus: quod si mē te conceperint: huic quoque parti facilius accedent: ut ipsum iter neque imperuium: neque saltem durum putent. Nam id quod prius quodque maius est: ut boni uiri simus uolūtate maxime cō stat: quam qui uera fide induerit: facile ęasdem quæ uirtutem docent artes accipiet. Neque enim aut tam perplexa: aut tam numerosa sunt: quæ pręmunt: ut non paucorum ad modum annorum intentione discantur: longam enim facit operam quod repugnamus: breuis est institutio uitæ honestæ beatæque si credas. Natura enim nos ad mentē optimā genuit: adeoque discere meliora uolentibus promptū est: ut uere intuenti mirū sit illud magis: malos ęsse tā multos. Nā ut aqua piscibus: ut sicca terrenis: circumfusus nobis spiritus uolucribus conuenit: ita certe facilius esse oportebat secundum naturam: quam contra eam uiuere: Cętera uero etiam si ætatem nostram non spatio senectutis: sed tempore adolescentiæ metiamur: abunde multos ad discendum annos habent. Omnia enim breuiora rędet ordo: & ratio: & modus. Sed culpa est in prœceptoribus prima libenter detinentibus puerum: partim cupiditate diutius exigendi mercedulas: partim ambitione: quo difficilius sit quod pollicentur: partim ętiam in scientia tradendi uel negligentia: proxima in nobis qui morari in eo quod nouimus: quā discere quæ nondum scimus melius putamus: nam ut de nostris potissimum studiis dicam: quid attinet tam multis annis quāquā in more est plurimorū: ut de his a quibus magna in hoc pars ætatis absumitur taceam: declamitare in schola? & tantum laboris in rebus falsis consumere? cum satis sit modico tempore imaginē ueri discriminis: & dicendi leges cōperisse. Quod non dico quia sit unquam omittenda dicendi ęxercitatio. sed quia non sit eius speciē consenescendū. cognoscere: & prœcepta uiuendi perdiscere: & in foro nos experiri potuimus: dū scholastici sumus: Dicendi ratio talis: ut non multos annos poscat: quālibet ęnim ex iis artibus quarum prius habui mentionē paucos libros contrahi solet: adeo infinito spacio ac traditionę opus non est. Reliqua est quæ uires cito facit consuetudo: rerum cognitio quotidię crescit: & tamen multorū ad eas librorū necessaria lectio est: quibus aut rerū exępla ab historicis: aut discēdi ab oratoribus: petuntur. Philosophorū quoque consultorūq; opiniones. Sicuti alia uelimus legere ęcęssariū est: quæ qdē possumus omnia. Sed breue nobis tēpus nos fecim⁹: quantulū enim studiis partimur: alias horas uanus salutādi labor: alias datū fabulis otiū: alias spectacula. alias conuiuia trahūt. Adice tot gęnera ludendi: & insanam corporis curam. Trahat inde

peregrinatio:iura calculorum:anxiæ ſollicitudines:multæ cauſę libidinum,& uinum:& flagitioſi omni genere uoluptatum animis: ne ea quidem tempora idonea quæ ſuperſunt. Quæ ſi omnia ſtudiis impenderentur :iam nobis longa ętas & abunde ſatis ad diſcēdum ſpatia uiderentur:& diurna tantum computantibus tempora & noctes:quarum bona pars omni ſomno longior eſt: adiuuarent. Nunc computamus annos non quibus ſtuduimus : ſed quibus uiximus:nec uero ſi geometræ & grammatici cæterarumque artium profeſſores omnem ſuam uitam : quamlibet longa fuerit in ſingulis artibus conſumpſerunt:ſequitur ut plures quaſdam uitas ad plura diſcenda deſideremus. Neque illi didicerunt hæc uſque in ſenectutem:ſed ea ſola didiciſſe contenti fuerunt. ac tot annos non in prēcipiendo exhauſerī. Ceterum ut de Homero taceam:in quo nullius non artis aut prēcepta aut certe non dubia ueſtigia reperiuntur:ut Helium Hippiam tranſeam:qui non liberalium modo diſciplinarum præſe ſcientiam tulit:ſed uęſtem & annulum crepidaſque:quæque omnia tulit manu ſua fecerat in uſu habuit:atque ita ſe prēparauit:ne cuius alterius ope egeret nullius rei. Gorgias quoque ſummæ ſenectutis:hic quērere auditores de quo quiſque uellet iubebat. Quę tandem ars digna litteris Platonī de fuit? quot ſęculis Ariſtoteles didicit:ut non ſolum quæ ad philoſophos atque oratores pertinent ſciētia complecteretur:ſed animalium ſatorumq; naturas omnes perquireret. Illis enim hęc inuenienda fuerunt:nobis cognoſcenda ſunt:tot nos præceptoribus:tot exemplis inſtruxit antiquitas: ut poſſit uideri nulla forte naſcendi ætas fœlicior quam noſtra:cui docendæ priores elaborauerunt. M. Cenſorius Cato idem orator:idem hiſtoriæ conditor: idem iuris:idem rerum ruſticarum peritiſſimus fuit : inter tot operas militiæ:tantas domi contentiones rudi ſæculo:litteras græcas ætate iam declinata didicit:ut eſſet hominibus documēto:ea quo que prædpi poſſe quæ ſenes cōcupiſſent. Quam multa pene omnia tradidit Varro? Quod inſtrumentum dicendi. M. Tullio defuit? Q uid plura? cum etiam Cornelius Cel. mediocri uir ingenio:nō ſolum de iis omnibus conſcripſerit artibus:ſed amplius rei militaris:& ruſticę etiam:& medicinæ prēcepta reliquerit? dignus uel ipſo propoſito:ut eum ſciſſe omnia illa credamus. At perficere tantum opus:arduum eſt:& nemo perfecit. Ante omnia ſufficit ad exhortationem ſtudiorum nō capere rerum naturam. ut quic quid non eſt factum ne fieri quidem poſſit cum omnia quæ magna ſunt:atq; admirabilia tempus aliquod:quo primum efficerentur habuerint. Q uantū.n. pœſis ab Homero & Virgilio:tantum faſtigiū accipit eloquentia Demoſthene:atq; Cicerone. Denicq; ęc quid eſt optimum antę nō fuerat. Verum etiam ſi quis ſumma de

a patior mihi ſegendū uidetur. Et flagitiis omni genere uoluptatū animis, in aliis exēplaribus recte legitur flagitioſus.

Nec uero ſi geometrę & gramatici cæterūq; artium profeſſores. Cæterarūq; artiū legendū eſſe nemo nō uidet. Ad ea ſola didiciſſe cōtenti fuerūt. Deprauatus ē etiam hic locus:quis. n. unq; audiuit contentus didiciſſe ad ea:emēdabit hoc mō ſi loco huius prepoſitionis ad ſed locauerimus.

Vt helium hippiā trāſeam:qui nō liberalium modo diſciplinarū prę/ ſe ſcientiā tulit. De hippia plura apud apulieū: cuius hæc uerba ſunt. At hippias e numero ſophiſtarū eſt:artiū multitudine priorū:eloquentia nulli ſecūdus:ætas illi cū ſocrate: patria uel genus ignoratur : & paulo poſt ſcribit eū certamine olimpio piſam uenieſſe : habuiſſeq; amictui palliū candidū:qđ ſuis manibus cōfecerat :etiā pedum tegumēta crepidas ſibimet cōpegerat:etiam annulū in ſena aureū faberrimo ſignaculo quē oſtentabat: ipſe eius annuli & orbiculū circulauerat: & pallā clauſerat: & gemmā inſculpſerat.

M. Cēſorī Cato idē orator:idē hiſtorię cōditor idē iuris idē rerū ruſticarū pitiſſim⁹ fuit liui⁹ d bello Macedōico idē etiā tradit his uerbis: Vrbanas ruſticaſq; res piter callebat:a bello māu fortiſſim⁹:multiſq; ſignibus clar⁹ pugnis: Idē poſtq; ad magnos hōres puēit: ſumm⁹ Impator:& idē i pace ſi ius cōſuleres pitiſſim⁹ :ſi cauſa oráda eſſet eloquētiſſim⁹: Idē etiam plutarchus in eius uita.

Neque enim ſiquis achillis gloriã imbecillis ſequi non poteſt aiacis: aut Diomedis laudẽ aſpernabitur: neq; qui Homeri non tyrtei. Tyrtæũ ego mutatione r liquidæ in hanc mutam t legendum contenderim. quãuis apud Iuſtinum cyrteus legatur: fuit enim poeta: atheniẽſiiſ generẽ: claudus ac deformis: quem athenienſes lacedemoniis prębuere: quum ab eis ex oraculo apollinis ducem cõtra Meſſenios petiiſſent: unde poſtea ſunt victoriam conſecuti. De eo plura Iuſtini libro tertio: huiuſ etiam meminit Horatius in arte poetica Poſt hos inſignis Homerus Fyrtęuſq; Mares animos in Martia bella uerſibus exacuit.

ſperet: quod cur faciat? cui ingenium: ualitudo: facultas: præceptor non deerũt: tamen eſt: ut Cicero ait: pulchrum in ſecũdis tertiiſq; conſiſtere. Neq; enim ſiquis Achillis gloriam imbellis conſequi non poteſt. Aiacis aut Diomedis laudem aſparnabitur: neque qui Homeri non Tyrtei: quinimmo ſi hanc cogitationem homines habuiſſent: ut nemo ſę meliorẽ fore eo qui optimus fuiſſet arbitraretur: ii qui ipſi ſunt optimi non fuiſſent. Neq; poſt Lucretiũ ac Macrum Virgilius. Nec poſt Craſſum & Hortẽſium Cicero: ſed nęc alii poſtea uicerũt: Verũ ut tranſeundi ſpes non ſit magna: tamen eſt dignitas ſubſequendi. An Pollio & Meſſala qui iam Ciceronę arcem tenentę eloquentiæ: agere cœperunt: parum in uita dignitatis habuerunt: parũ ad poſteros gloriæ tradiderũt? Alioq; peſſime de rebus humanis perductæ in ſummum artes mererentur: ſi quod optimum fuiſſet: defuiſſet. Addę q; magnos modica quoq; eloquentia parit fructus. Ac ſiquis hęc ſtudia utilitate ſola metiatur: pene illi perfectæ par eſt. Neq; erat difficile: uel ueteribus uel nouis exemplis palam facere: non aliunde maiores honores: opęs: amicitias: laudem pręſentem: futuram hominibus contigiſſe: ſi tamen dignum litteris eſſet ab operę pulcherrimo: cuius tractatus atque ipſa poſſeſſio pleniſſimam ſtudiis gratiam refert: hãc minorem exigere mercedem more eorum: qui a ſe non uirtutes: ſed uoluptatem qnæ fit ex uirtutibus peti dicuntur. Ipſam igiſ orã di maieſtatem: qua nihil dii immortales melius homini dederũt: & qua remota muta ſunt omnia: & luce præſenti: & memoria poſteritatis carent: toto animo petamus: nitamurq; ſemper ad optima: quod faciẽtes: aut euademus in ſummum: aut certe multos infra nos uidebimus. Habes Marce Victori quibus pręcepta dicendi pro uirili parte ad iuuari poſſe per nos uidebantur: quorum cognitio ſtudioſis iuuenibus ſi nõ magnam utilitatęm afferęt: ac cęrte: quod magis petimus bonam uoluntatem.

M. Fabii Quintiliani oratoriarũ inſtitutionum. Vna cũ annotationibus in deprauationes eiuſdem:

FINIS.

Impreſſum Venetiis per Peregrinum de Paſqualibus de Bononia Anno domini. M.cccc.lxxxxiiii. Dię. xyiii. Auguſti.

BIBLIOTHECA monasterii Sanctam Crucem

Arcus.F.Quintilianus Romæ natus est.Quib9 cõsulibus aut quo ĩperãte Cę
m sare nõ legi.Verissima cõiectura adducor ut fidẽ libris tẽporũ nõ habeã:ubi le
gif.Quintilianus Calagura urbe hispanię oriundus.M.Valerius Martialis ca
laguritani agri alũnus cũ hiberos memoria dignos suis epigrãmatibus inserat nullã de
Quinti.mentionem fecit:Sed eum seperatim cum ueneratione nominat. Quintiliane
uagæ moderator summe iuuente Gloria Romanæ Quintiliane togæ:& ipse dicit quũ
esset adolescentulus cognouisse Domitium Afrum & Senecam.Qui ambo sub Nero/
ne periere.Seneca in libro sexto diuisionum Quintiliani declamatoris meminit:cui9 ad
huc extant multę declamationes acutæ & breues stillo aliquantulum remissiore:Is auus
fuit.M.Fabii Quintiliani qui Romæ multis annis rethoricen cum sũma laude docuit:
& ipse mentionem facit patris qui casidicus fuit apud principem:neque notitia neq; gra/
tia caruit:Domitiani Cæsaris nepotum cura ei delegata fuit:Disciplinæ eius castigatissi/
me plenissimum testimonium Caius Celius affert:Qui sub tali prẽceptore tantum pro
fecit:ut sui temporis oratores facile superauerit:Duxit uxorem ex nobili familia:ex qua
liberos suscepit quæ acerbissima fatorum sorte in primo iuuentutis flore rapta fuit: Alte
rum ex liberis quum librum de causis corruptæ eloquentiæ edidisset amisit:postea cum
rhetorices libros scriberet:Marcellum unicũ parentis lumẽ:ac solatium rogo dedit: Te
stis & ipse infœlix senex suarum lachrymarum est.Eius filiola ex alia:ut credo:uxore Tu
tilii equitis Romani filia genita:nupsit Nouio celeri uiro claro.Quo tempore decesse/
rit affirmare non audeo:quoniam is qui tradit fidę caret.

a iiii b iii c iiii d iiii e iiii f iii g iii h iii i iiii Il v κ iii l iiii m iii n iiii
o iiii p iiii q iiii r iii s iiii t iii u iii x iiii y iiii z iiii & iii A iiii B iii
C iii D iii E iii F iii G iii H iii I iii K v.



TABVLA Q. VINTILIANI

Capitula primi Libri.

Prohœmium
Quemadmodum prima elementa tradenda ſunt.
Vtrum utilius domi an in ſcholis erudiantur.
Qua ratõe in paruis ingenia dignò ſcanť: & qnomodo tractanda ſint
De grammatica
De uetuſtate.
De conſuetudine ueteris ſermonis.
De ortographia.
De officio grammatici: & quæ primordia ſint dicendi.
An oratori futuro neceſſaria ſit plurium artium ſcientia.
De muſice & eius laudibus.
Commodam geometriam oratori.
An p̃dicta diſcenda ſint eodẽ tpe.

Capitula ſecundi libri.

Quando rhetori ſit tradẽdus puer.
De moribus & officiis prçceptoris.
An protinus prçceptore optimo ſit utendum.
De p̃mis apd̃ rhetorẽ exercitatõib⁹
De lectione oratorum & hiſtoricorum apud rhetorem.
Qui primi legendi.
De diuiſione.
De ediſcendo.
An ſecundum ſui quiſq; ingenii docendus ſit natura.
De officio diſcipulorum.
De utilitate & ratione declamandi.
An artis neceſſaria cognitio.
Quare ineruditi ingenioſiores uulgo habeantur.
Quis modus in arte.
Diuiſio totius operis.
Quid ſit rhetorice: & quis eius finis
An utilis ſit rhetorice.
An rhetorice ſit ars.
Generalis diuiſio artium: & ex quibus ſit rhetorica.
Vtrum plus conferat eloquẽtiæ: an ars: an natura.
An uirtus ſit rhetorica.
Quæ ſit materia rhetorices.

Capitula tertii libri.

De ſcriptoribus artis rhetoricæ.
Quod initium rhetorices.
Quinq; ſunt parthes rhetoricæ.
Quot genera cauſarum.
Quib⁹ cõtineať oĩs ratio dicendi.
Quid ſit ſtatus.
Vnde ducatur. & reus an actor ſtatum faciat.
Quot & qui ſtatus
De laude & uituperatione.
De ſuaſoria & proſopopœia
De partibus cauſarum iudicialium.
De generibus.
Quid & quæ ſit ratio.
Iudicatio: cõtinens: & quatenus neceſſaria.

Capitula quarti libri.

De exordio.
De narratione.
De egreſſione.
De propoſitione.
De partitione.

Capitula quinti libri.

De probationum diuiſione.
De probatione artificiali.
De ſignis.
De argumentis.
De exemplis.
De uſu argumentorum.
De refutatione.
Quibus conſtet epicherema & quo modo refellatur.

Capitula ſexti libri.

Prologus
De concluſione.
De diuiſione affectuum & quomodo mouendi ſunt.
De Riſu.
De altercatione.
De Iuditio & conſilio.

Capitula ſeptimi libri.

Prologus.
De diſpotione.
De coniecturæ diuiſione.
De Finitione.
De qualitate.
De actionis queſtione.
De ſcripto & uoluntate.
De contrariis legibus.
de ſyllogiſmo ſeu ratiocinatione.
de ambiguo ſeu amphibologia.
Quæ ſit inter ſtatus cognatio: & q̃ diuerſitas.

Capitula octaui libri.

Prologus.
Quæ in eloquutione ſpectanda.
De perſpicuitate.
de ornatu.
de amplificatione.
de generibus ſententiarum.
de tropis.

Capitula noni libri.

Prologus.
de figuris ſententiarum.
de figuris uerborum.
de compoſitione.

Capitula decimi libri.

de copia uerborum.
de imitatione.
Qui modus ſcribendi ſit.
de emendatione.
Quæ ſcribenda ſunt prçcipuæ.
de cogitatione.
Quem admodum extemporalis facultas paretur & contineatur.

Capitula undecimi libri.

De apte dicendo.
de memoria.
de pnũciatione ſub quo capiť de uocis natura: de curã eiuſdẽ: de geſtu: de cultu: quid cuiq; cauſæ cõueniat: quid cuique pati & ſentẽtiis & uerbis: & quid quẽq; deceat intuendũ.

Capitula duodecimi libri.

Prologus.
Nõ poſſe oratorẽ niſi uirũ bonũ eẽ
Cognoſcenda eſſe oratori gbuſ mores formentur.
Neceſſariam iuris ciuilis oratori ſcientiam.
Neceſſariam oratori cognitionem hyſtoriarum.
Quæ ſint oratoris inſtrumenta.
Quod ſit incipiendi cauſas agere tempus
Quæ in ſuſcipiendis cauſis oratori obſeruanda ſint.
Quæ in diſcendis cauſis oratori obſeruanda ſint.
Quæ ſeruanda in agendis cauſis oratori ſint.
de genere dicendi.
Quæ poſt finem ſtudia.

FINIS.


colorchecker DIGITAL SG
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
calibrite
X-rite ColorCheckerSG S/N:151021-1259 Data 15.10.21 Item No.:MX-7181
mm
0
1
2
3
4
5
6